Tractatus Sacerdotalis vtilissimus dñi Nicolai de ploue: decretoꝝ doctoris: capellaniq3 ecclesie Posnoniensis: de sacramētis et diuinis officijs.

scilicet
- De expositione misse.
- De dicendis horis canonicis.
- De snia excōicationis et suspensionis.
- De interdicto ecclesiastico.
- De irregularitate.

Superadditum est in fine huius Tractatus Confessionale beati Thome de aquino.



Liber ad Sacerdotem lectorem.

Si proprio officio vis fungi rite sacerdos:
Me lege: et obserua dogmata rite mea.

Venundantur Parisijs In Sole aureo vici diui Jacobi.

¶ Tabula titulorum huius Tractatus.

¶ Finis tabule.

Tabella alphabetica ad precipuas materias presertim in margine notatas que in tractatu sacerdotali cõprehendũtur / facili lectores q̃slibet tramite ducet. Numerꝝ em̃ folioꝝ et ip̃oꝝ colũnas patenter pre se fert. Quem lõge ampliorem cõtexuissem⁹ / nisi recẽtiorib⁹ breuitatem amicam esse cõspeximus.

 05

¶ Finis Tabule.

¶ Registrum chartarum †.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l. omnes sunt quaterni preter l.q̄ est quaternꝰ et.†.ternꝰ.

¶ Augustinus de dignitate sacerdotum.

O Veneranda sacerdotum dignitas: in quorum manibꝰ dei filius velut in vtero virginis incarnatur. O felices sacerdotes si sacerdotaliter vixeritis. O celeste mysteriū quod per vos pater et filiꝰ & spiritus sanctꝰ tā mirabiliter operatur sup tā ineffabili mysterio vestro quod vno eodemqz momento idem deus qui psidet in celo in manibꝰ vr̄is est in sacrificio. Celū miratur. horrescit infernꝰ. contremiscit diabolus/ reueretur quam plurimū āgelica celsitudo. Quid retribuā domino vt taceā de ceteris q̄ tribuit mihi pro tam singulari dono sacerdotij mihi impēso quod est datū optimū et donū perfectū. verbi gr̄a. Ille qui creauit me sine me: creatur mediante me. Et ille qui ex nihilo cuncta creauit sine me. si fas est dicere dedit mihi creare se. O venerabiliū sanctitudo manuū. O felix exercitiū vbi tractat xp̄m sacerdos dei filium/ cuius delicie sunt esse cū filijs hoim/ O sacerdotes attendite. maior est dignitas vobis collata quam angelis q̇ adorant qd vos conficitis: nec ipsi cōficere possunt/ O altitudo sapiētie dei/ O ineffabilis clementia saluatoris/ qd datū nō est angelis concessum est homini. Sacerdos hoc sacramentū ineffabile cōficit: angelus conficiēti sibi quasi famulus assistit/ O quam venerabile: quam gl'iosum/ quam isigne fuit apud antiquos nomē sacerdotij: sed hodie quid abiectiꝰ eo: q̇d vilius? O sacerdotes si aīa cuiuslibet iusti sedes dei sit multomagis sed et tēplū dei esse debetis mundū & īmaculatū. Si sepulchrū eius gloriosum est in quo corpꝰ iacuit exanime gloriosiora & digniora esse debent corpora vr̄a. q̄ a morte suscitatus quotidie dignatur inhabitare. si beatꝰ est venter qui nouē mensibꝰ xp̄m portauit ita et si nō tantū tn̄ beata debēt esse corda vr̄a in qbꝰ q̇tidie elegit sibi hospitiū filiꝰ dei. si btā sunt vbera q̄ puulꝰ suxit: ita dz esse os btm̄ qd carnē eiꝰ sumit/ et sanguinē sugit. Carnes ergo vestras cū timore eiꝰ cōfigite & vobis diligēter prouidete ne lingua loquēdo q̄ vocat de celo filiū dei contra dn̄m loquatur. Et ne manꝰ que intingūtur sanguine xp̄i: polluantur sanguine peccati.

V Iri venerabiles: sacerdotes dei.
Precones altissimi: lucerne diei.
Charitatis radio/ fulgētes et spei.
Auribus pcipite/ verba oris mei.
Vos in sanctuario: deo deseruitis.
Vos vocauit palmites xp̄s vera vitis.
Cauete ne steriles/ aut ianes sitis.
Si cū vero stipite: viuere velitis.
Vos estis catholice legis ptectores.
Sal terre lux hoim/ ouium pastores.
Muri domus israel: morū correctores
Iudices ecclesie/ gentium doctores.
Si cadat ptectio: legis lex labetur.
Si sal euanuerit/ in quo salietur?
Nisi lux appareat: via nescietur.
Nec si pastor vigilet/ ouile frangetur.
Vos cepistis vineā dei pcurare.
Quā doctrine riuulis debetis rigare.
Spinas et riuulos procul extirpare.
Ut radices fidei: possint germinare.
Vos estis in area boues triturantes.
Prudenter a palea granū separantes.
Vos habēt p speculo/ legē ignorātes.
Laici qui fragiles: sunt & inconstātes.
Quicqd vidēt laici/ vobis displicere
Dicunt pculdubio/ sibi non licere.
Quicquid vos in ope: vidēt adiplere.
Credūt esse licitū: et culpa carere.
Cū pastores ouiū: sitis constituti.
Non estote desides sicut canes muti.
Vobis non deficiēt latratus acuti.
Lupus rapax inuidet/ ouium saluti.
Grex fidelis triplici cibo sustinetur.
Corpore dominico/ quo salus augetur
Sermonis cōpendio: qd discrete detur.
Mundano cibario: ne periclitetur.

Quibus tenemini vestris predicare.
Sed quid/ qb⁹/qualiter/ vbi/qñ/q̄re.
Debetis sollicite reconsiderare.
Ne quis in officio dicat vos errare.
Spectat ad officiũ: vestre dignitatis.
Gratie petentib⁹/ dona dare gratis.
Sed si vnꝙ̃ fidei/munera vendatis.
Incursuros giezi: lepram vos sciatis.
Gratis eucharistiã/ plebi ministrate.
Gratis cõfitemini/gratis baptizate.
Scd̃m apl̃m: cunctis gratis date.
Solũ id quod fuerit vestrũ cõseruate.
Vestra cõuersatio: sit religiosa.
Munda conscientia/vita virtuosa.
Regularis habit⁹/mensaꝙ gratiosa.
Nulla vos coinquinet: labes criminosa
Nullus fast⁹ depĩmat/ vr̃e signũ mẽtis
Grauis in intuitu habitu sit testis.
Nihil vos illaqueet: curis inhonestis.
Quib⁹ claues tradite/ sũt regni celest;

Estote breuiloqui: ne vos ad reatum
Protrahat loq̃citas/ nutrix vanitatũ.
Verbũ qd̃ ꝓponitis/ sit abbreuiatum.
Nã in multiloquio: nõ deest peccatũ.
Estote beniuoli: sobrij/ prudentes.
Iusti/casti/ simplices/pij/ patientes.
Hospitales hũiles/ subditos docentes
Cõsolãtes miseros/ prauos corrigẽtes.
Vtinã sic gerere curã pastoralem
Possitis et ducere vitã spiritalem.
Vt cũ exueritis/ clamydem carnalem
Induat vos dñs: stolam eternalem.
Qui sedet in solio/ summe maiestatis
Vos purget a vitio: mũdet a peccatis.
Vobis sit auxilio: vestre pietatis.
Vt abrahe gremio: fine sedeatis.

A M E N.

Beatus Gregori⁹ gemma sacerdotum.



Joannes Chappuis ad lectores.

Huc properate gregis preciosa morte redēpti
Rectores: vobis scribit iste liber
Condita si vultis hic cuncta reuoluere scripta:
Vobis & gregibus pascua leta dabunt.

Greg. in pastorali.

MEdice cura teipsum.
Luc.iiij.c. Sicut ait
Gregori⁹ pria pte sui
pastoralis.c.ij. Quis
aūt cogitationū vulne
ra occultiora nesciat esse vulneri=
bus viscer. Minimū videt medicū
spūalē multo subtiliorē debere fo
re medico corpali: q̄ vt bene curet
vitia / multa peritia opus habet.
p̄sertim vt vim pigmētoꝝ spūaliū
considerās prius q̄ ceteros cura
re desideret: circūquaqꝫ regulas
medicine cogscat. Alioqn si artis
spūalis iperit⁹ et i seipo ignorātie
confossus vulnerib⁹ alios mederi
pperet: audire nō immerito mere
bit. Medice cura teipm. Magna
qppe stultitia est: vt idē ait Greg.
si aliqs alios mederi properat qui
et ipe i facie vuln⁹ portat. Et ma=
xima plane demētia est: vt inqt in
pastorali.c.ij. dū hi q nequaqꝫ pre
cepta spūalia cognouerūt: cordis
se medicos pfiteri nō metuūt. dū
q pigmētoꝝ vim nesciūt videri me
dici carnis erubescūt. Recte igit
cuilibet talium dr. Medice cura
teipsum. Quos igit medicos cor
diū appellare ad pns meli⁹ cōue=
nit q̄ curatores aiaꝝ ipos videli=
cet rectores ecclia: quib⁹ ille the
saurus est tradit⁹: p quo non pcet
de⁹ pater q ppo filio suo nō peper
cit: vt dr ad Roma.viij. Quibus
etiā ille vulnerat⁹ incidit in latro=
nes / curād⁹ / fouēdusqꝫ samarita=
no relict⁹ est. Lu.x. Vnicuiqꝫ em̄
ipoꝝ dr. Curam illi⁹ habe. Et rur
sus de⁹ per pphetā. Custodi virū
istū: q si lapsus fuerit / aia tua erit
p aia ipsi⁹. Porro dns p Ezechie
lem.iij.⁊.xxxiij.ca. cōminat cuili=
bet curatori dicēs. Sanguinē ei⁹
de manu tua requirā. q̄si dicat. q
vita ⁊ mors subditoꝝ posita est in
man⁹ prelatoꝝ. vn̄ dr Judith.viij.
Ex nobis pendet aia illorū. Hac
itaqꝫ sententia cōmonit⁹ qsqꝫ prela
torum ⁊ rectoꝝ p̄sēt periculū sui
regiminis: et artem doctrināqꝫ di
scat spūalis curationis: quatenus
in se ignorātie curare possit vulne
ra: et in subditoꝝ cordib⁹ per sanā
doctrinā / ⁊ salubrē penitētiā sciat
sanari contagia delictoꝝ. Ne (qd
absit) dū sanandi regulas nesciat:
et ad sanādum cōmissos subditos
festinet / iuste sibi obijci audiat de
eisdē. Medice cura teipm. Recte
nāqꝫ prelato ignorāti dr: vt prius
in se sufficiētē artē curādi spūaliū
morboꝝ habeat q̄ emplastrum sa
nandis vulnerib⁹ adhibeat. Nam
vt ait Grego. in registro. Verecū
dum est ⁊ dicere pudet q sacerdo
tes ducatū arripiūt: q exordiū re=
ligiose vite non nouerūt. Licet in
quibusdam catholicis ministerijs
ignorātia toleranda foret: eo q in
plerisqꝫ meli⁹ est nephare q̄ cura=
re. In quibusdā etiā iuxta Augu
stinū in lib. de v̄bis dn̄i. Meli⁹ est
fidelis ignorātia q̄ temeraria sciē
tia. In eccliasticis tn̄ ministerijs
ordinādis / disponēdisqꝫ oīno dā=
nabilis est. De quib⁹ est illud v̄bū
apli.j. ad Corin.xiiij. Si quis aūt
ignorat ignorabit. Ordinis nāqꝫ
ignorātia: quo videlꝫ ordine qcqd
agēdū est in ecclia cōturbat nego
cioꝝ naturam / formāqꝫ meritoꝝ.
Nā statutis facere iniuriā vel cō=
traire nō est intelligere sed errare.
vt inqt Ambro. sup Beati imacu=
lati. Hic est q dn̄s reqrit seruum
prudētē quē cōstituit sup familiā
suā. Mat.xxiiij. Prudētem dixe=
ro vt sciat quo ordine / quo sensu /
quomodo / quo fine qcqd gerēdū
sit. Alioqn si cec⁹ ceco ducatū pre
stet: nōne ambo in foueam cadūt?
Mat.xv. Non em̄ cec⁹ cecū duce
re pōt: sic nec idiscret⁹ p̄lat⁹ subdi
tū indiscretū pōt p viā ducere sa=
lutis. Et qm̄ his piculis tēporib⁹
in plurib⁹ ecclesijs ɔtra sancta in=
stituta i administrādis sacris: que

Curat⁹ dr medicus spiritualis: et subtiliorē se habebit medico corporali.

Grego.

Ignorāti prelato recte dr: medice cura teipm.

Augu.

Ignorātia in ministerijs eccliasticis semp dānabilis est.

Ambro.

sunt instrumēta spūalis curatiōis plerosq₃ non tā errasse ꝙ variasse circa eādē cognouim⁹: adeo vt ꝑa

Sñia rabanēsis. — sit illa rabanensis sñia. Cōe est me dicoꝝ sēp circa egritudines varia

Medici i exhibitione medicinaꝝ raro conueniūt. — ri. Vñ si ꝗ tres vel q̄tuoꝛ medici ve niūt ad infirmū nūq₃ i assignatiōe vel exhibitiōe cure ꝯueniūt. hec il le. Et hoc idē ꝙ verū sit heu nr̄is tꝑib⁹ res fidelib⁹ subiecta poplis quotidiana experientia clari⁹ ma nifestat. Profecto siq̄dē cū aliqd̄ sacroꝝ administrādum sit i eccl̄ia dei: vix dyocesis toti⁹ cler⁹ in ipo ritu ꝛ canonice tradēdo cōcordat aut ꝯuenit. Sed nūc i hac eccl̄ia hic addit: in alia ille minuit. Ille ꝑeponit postponenda: postponit ꝑponēda. Ille benedictionē ꝑ sua dat: ille nequaq₃ asserit. Ille corri git librū tāq₃ deuiū ꝛ erroneū: ille corrigit corrigētem tanq₃ ignarū. Sic ꝑlati mutua discrepatione collidētes: non sine graui scādalo alios subditoꝝ i cōfusiōis labyrin thum ꝑcipitāt ꝛ demergūt. Por ro nos Stanislaus dei et aplice se dis grā eps̄ Posnoniēsis paterna sollicitudine pastoralis officij ex citati inter tot fluctiuagos excur sus viā cupiētes ostēdere: certioꝛē ꝑntem tractatū de administran dis rite eccl̄iasticis sacramentis/ celebrādisq₃ missaꝝ solēnijs/et cē suris eccl̄iasticis canonice obser uādis: p venerabilē virū magistrū

Nomen cōpilatoris. — Nicolaum de ploue: decretoꝝ do ctorē capellanū nostrū deuotū fi deliter collectū/et plena discussio ne masticatum de fratrū nostroꝝ Posnoniēsis capituli cōcilio ꝛ as

Ordinarius ꝑcipit hunc tractatū ab oib⁹ rectori bus haberi. — sensu ꝑuia deliberatione appro batum oib⁹ et singulis rectoribus eccl̄iaꝝ parrochialiū habendum et tenēdū ad vnguem ꝑfecte ꝑcei pim⁹ et mādam⁹: volētes ꝓm ipm in administrādis sacramentis ce lebrādis officijs/censurisq₃ obser uādis oēs ꝛ singulos dirigi ꝛ gu

bernari. Statuētes ꝙ si (qd̄ absit) quispiā per archidyaconū nostrū aut per testes nr̄os synodales tꝑe visitationis repert⁹ fuerit qui ꝓm dicti tractat⁹ formā/modum ꝛ di spositionem se nō gesserit i oib⁹ su ꝑdictis/aut q̄ eūdem nō habue rit ꝑ e manib⁹: penā synodalem ir remissibiliter persoluēdam ꝓ ꝑi ma vice se nouerit incursurū. ꝓ alijs ꝓo vicib⁹ ad arbitriū nostrū de cetero puniendum. — Pena statuit ꝯtra nō habētes ꝑntē tractatum.

¶ Tractat⁹ sacerdotalis de administrādis eccl̄iasticis sacramentis: celebrādisq₃ missarū solēnijs: et cēsuris eccl̄iasticis canonice obseruādis: editus per venerabilem virꝝ dn̄m Nicolaum de ploue. Iuris pōtificij doctorem: ac capellanum eccl̄ie Posnoniēsis: feliciter incipit. Et primo.

De sacramētis i genere.

Quoniam natura hūana post lapsum considerata sub alligatione pcti maxie eget grā dei p quam ab illa infectione pcti purget: et ad statū originalis iusticie reducat. iuxta il lud. Oēs peccauerūt ꝛ egent grā dei. ad Rom. iij. et. v. c. Talis aūt grā purgās infectionē in trib⁹ cō sistit: que vnicuiq₃ sunt necessaria ad salutē: q̄ sunt fides/bona ope ratio/et fidei sacramēta. Hec aūt tria ꝓm Hugonem. d' sacris. lib. j. pte. x. ita sibi coherēt vt salutis ef fectū hr̄e non possint si simul non fuerint: q2 fides nec habet meritū si dū pōt operari negligit. iuxta il lud Iaco. ij. Fides sine operibus mortua est. Nec bonū opus aliqd̄ est sine fide: sine qua īpossibile est placere deo. ad Heb. xj. Et rurs⁹. — Tria ꝑci pue in pctis lapsis sunt nc̄ia: ꝛ sibi coherētia sūt.

Fides operās hoiem sanctificare
non sufficit si eā que i sacramētis
dei cōsistit sctificatiōem cōtēnit.
hec Hugo. Hic est q̄ virt⁹ sacrox
eccl'iasticox pro salutari pfectu
multū est nobis necessaria cū ipsa
sint occasio τ auxiliū nostrū a pec
cato resurgēdi: et in ipsis tota me
dicina nostris vulnerib⁹ salutaris
cōsistit. fm Tho. in cōpēdio theo
logice veritat;. lib. vj. c. j. non q̄ in
eis grā subiectiualiter contineat/
vel causaliter per ea efficiat: cum
in sola aia habeat collocari/ et a so
lo deo infundi: sed q2 i illis τ per il
la illam grām curationis a summo
De⁹ non alligauit potē tiam suā sacris. medico iesu xpo oportet haurire:
eo q̄ non alligauit suā potentiam
de⁹ sacramentis quinetiam p aliā
viam grām cōferre valeat. fm ma
gistrum sniax. lib. iij. dist. j. pter
Deus iustificat pctōrem auctiue sacrā pō effectie. qd de⁹ sanās τ iustificās pctōrem
iustificat ipsum auctoritatiue: sa
cramenta vero effectiue per grām
in eis tanq̄ in vasis contentam.

Quid sit sacramentū et quot sint.

Licet aūt sacramentū
multi; modis diffinia
tur: tñ fm doctox cō
munem concordiā sic
diffinitur in lib. de do
Sacrī diffō. ctrina xpiana. Sacramētum est in
uisibilis gratie visibilis forma: ita
q̄ ei⁹ similitudinem gerēs τ causa
existat. Ex qua diffinitione habē
tur differētie sacramētox veteris
et noue legis. Illa eñi que figura
bant non efficiebāt: q2 grām signi
ficabāt/ quam tñ non efficiebant.
Sacra noue legis sunt septem. Sacramēta noue leg; sunt septē.
Baptism⁹. Cōfirmatio. Euchari
stia. Extrema vnctio. Penitētia.
Sacer ordo. et matrimoniū. Ista
aūt sunt tāq̄ sufficiētia p xpm or
dinata i remediū ecclie militātis.
Sed circa hoc cōsiderādum est
Primo q̄ quedam data sunt i re
medium vni⁹ persone: quedam in
remediū toti⁹ eccl'ie. Illa que da
ta sunt i remediū vni⁹ persone sunt
triplicia. Quedā eñi data sunt in Sacrm ad intrā dū eccle siam.
remediū ad intrandū eccl'iam: sc; ad intrā
baptism⁹. Quedam ad egressum
de ecclesia: vt est extrema vnctio.
Quedā ad pgressum i ea: et hoc Sacrm ad pgre diēdum in eccl'ia
dupliciter. Uno modo ad execu
tionem virtutis: videl; vt nō a ma
lis superemur: τ quātū ad hoc est
cōfirmatio. vel vt bonis adherea
mus: et quātū ad hoc est euchari
stia. Alio modo i reparatiōem vir
tutis: q2 ipm hoiem i pugna spūa
li aliquo modo cōtingit ledi: et sic
est penitētia. Si aūt i remediū to
tius eccl'ie: hoc pōt esse duob⁹ mo
dis. Aut ad remediū multiplica
tionis spūalis: et sic est ordo. Aut
ad multiplicatiōem naturalē fide
lium: et sic est matrimoniū. Qui Sacrox numer⁹ etiā recipit fm adapta tionē vir tutum.
dam aūt etiā recipiūt numerū sa
cramētox fm adaptationē virtu
tum: vt fidei correspōdeat baptis
mus q est sacrm fidei. Spei extre
ma vnctio per quam preparamur
quodāmodo ad futuram glīam.
Charitati eucharistia. Prudētie
ordo. Iusticie penitētia. Tēperā
tie matrimoniū. Et fortitudini cō
firmatio. Adaptant etiā diuersis Sacra adaptāt etiā cul pis τ vi tijs.
generib⁹ culpax/ vitiox et penax.
vt Baptism⁹ sit cōtra culpā origi
nalem. Penitētia cōtra actualem
et mortalem. Extrema vnctio cō
tra venialem. Ordo cōtra ignorā
tiam. Matrimonium cōtra cōcu
piscētiam. Cōfirmatio cōtra infir
mitatem. Eucharistia cōtra mali
ciam: q2 est sacrm charitatis que
per se opponit malicie. Hec sctūs
Tho. sup. iiij. sniax. dist. ij. q. ij.
Scdo credēdum et considerā Sacrox institutor q̄s fuit.
dum est q̄ sol⁹ de⁹ fuit institutor
sacrox. et qdā ante aduētū: vt ma
trimoniū et pniā: sed hec duo cōfir
mauit i nouo testamēto dum peni
tētiā predicauit/ et nuptijs inter

fuit. Q̄d aūt dr̄ ꝙ Jacobus inſtituit penitētiā. Jaco. v. Cōfitemini alterutrū peccata vr̄a. nō eſt veriſile: q2 per illa v̄ba nō intēdebat aliqḋ ſacramētū inſtituere: ſꝫ promulgare: cū nō fuiſſet auctoritas inſtituēdi aliqḋ ſacr̄m apḋ Jacobum. Jtem extrema vnctio inſtituta eſt. Mar. vj. vbi legit̄ ꝙ apl'i vngebāt egros multos ꝛ ſanabantur. Cōfirmat̄ aūt ꝙ hoc nō fecerūt v̄tute ꝓpa: ſꝫ auctoritate ieſu x̄pi: illā virtuoſam vnctionē inſtituentis ꝑ illa v̄ba. Jaco. v. Jnfirmatur qs ex vobis inducat p̄ſbyteros. ꝛc̄. Sīl'r modo intelligendū eſt ſicut de pn̄ia dictū eſt. ſ. ꝙ per illa v̄ba vnctionē ꝓmulgauit ꝛ docuit faciēdā: nō aūt inſtituit. Jtē ordo inſtitutus eſt cum x̄ps dixit Mat. xxvj. Hoc facite in meā cōmemorationē. et Joh. xx. Quoꝝ remiſeritis pctā. Hec eñ duo pertinēt ad ordinē ſacerdotalē: ſcꝫ poteſtas dimittēdi peccata reſpectu corporis x̄pi myſtici: et ptās cōſecrandi reſpectu corporis x̄pi veri. hec Scot⁹. Jtem cōfirmatio inſtituta eſt ꝑ hoc ꝙ x̄po impoſuit manus puulis. Jtē baptiſm⁹ inſtitutus eſt ꝑ x̄pm: qñ ipſe ſe baptizari fecit a iohāne: et apl'is formā dedit dicēs. Eūtes in mūdū vniuerſum predicate euāgeliū: baptizantes eos in noīe patris ꝛ filij ꝛ ſp̄ūs ſcti. Jtē euchariſtiā inſtituit ī cena vltima: in qua apl'os cōicauit.

Vnctio extrema vbi inſtituta eſt.

Ordo ſacer vbi inſtitut⁹ ē.

Confirmatio vbi inſtituta eſt.

Baptiſm⁹ vbi.

Euchariſtia vbi

¶ Tertio cōſiderādum eſt ꝙ ſm̄ ſctm̄ Tho. ſup quarto ſn̄iaꝝ. diſt. j. q. iiij. artic. iij. efficacia ſacroꝝ eſt ex trib⁹: ſcꝫ ex inſtitutione diuina tāq̄ ex cauſa pn̄cipali agēte: ꝛ ex paſſiōe x̄pi ſicut ex cauſa ꝓmaria meritoria: ꝛ fide eccl'ie ſicut ex cōtinuatione inſtrumēti principaliter agentis. et hoc eſt qḋ dicit glo. ſup illḋ ad Roñ. v. Jn ſimilitudinem preuaricatiōis ade. Q̄ḋ a latere x̄pi profluxerunt ſacramenta per que ſaluata eſt eccleſia.

Efficacia ſacramentoꝝ eſt ex tribus.

¶ Quarto ꝯſiderādū eſt ꝙ q̄dā ſacra ſunt neceſſaria: q̄dā volūtaria. ſ. q. j. c. remiſſionē. §. ſed notandū. Nā ſacr̄a neceſſitat; ſunt iſta. Baptiſmus. Cōfirmatio. P̄nitē. tia. Corp⁹ x̄pi. et Vltima vnctio. Et dicūtur ſacr̄a neceſſitat; ideo q2 ſine iſtis hō nō pōt ſaluari; ſi ex cōtēptu omittātur et haberi pn̄t. Sacr̄m v̄o baptiſmi ī neceſſitate a quocūq̄ pōt recipi; dūmodo in forma eccl'ie cōferat̄. de ſum. tri. et fide catho. c. j. in fine. et de cōſe. di. iiij. a quodā. Et etiā pn̄ia: nam cōfiteri poſſum cuicūq̄ in neceſſitate. Juxta illud. Confitemini alterutrū pctā vr̄a. non tñ heretico vel excōicato. Sacr̄a v̄o voluntaria ſunt illa q̄ omittere nō eſt peccatū: q̄ dicunt̄ ſacr̄a dignitatis. ſ. q. j. §. ſꝫ notādum. vt ſunt ordines q̄ a digniorib⁹ ꝯferunt̄. i. ab epis. vel q2 nō niſi digni ad ordines aſſumendi ſunt. Jtem matrimoniū. ſine hmōi ſacramētis bene poſſumus ſaluari. xxij q. iiij. §. vlti. ad finem. Hec oīa habētur in glo. ſ. c. veniens. de tranſactionibus.

Sacramēta: q̄dā ſunt neceſſaria: q̄dā volūtaria.

Sacr̄a neceſſitatis.

Sacr̄a volūtaria.

¶ De ſacr̄o baptiſmi.

Niſi qs renat⁹ fuerit ex aqua ꝛ ſp̄ūſctō: nō pōt intrare ī regnum dei. Johā. iij. Et de conſe. di. iiij. fili⁹ dei. Sicut dicit Guido de baꝑ. de cōſe. di. iiij. placuit. poſt Augu. Corpus nō fecit aīam peccatricē: ſed peccatrix aīa corruptibilē carnē fecit. Peccauit quidē aīa primi hoīs: et ꝑ peccatū corrupit carnē. poſtea v̄o caro cū nō poſſet ſe vindicare ex toto ī iſta aīa voluit vindictā ſumere de qualibet aīa cōſimili: ſcꝫ vt ꝯcito ſibi infunderet̄ aīa: ex ipā. i. ex ei⁹ corruptione naſceretur peccatū in ipā aīa. hoc aūt eſt peccatū originale: qḋ q̄dē

ale imputat cũ quadam digna retributione innascat aie. Cũ igit ab hoc peccato nõ potuim⁹ perfecte liberari nisi p baptismũ: in quo aia nr̃a quodãmodo renascit spiritualiter: et q̃ natura fuit filia ire dei fit filia adoptiõis. Ideo saluatoz veniẽs i mũdum pclamãs necessitatem hui⁹ sacri baptismi dixit. Nisi qs renat⁹ fuerit ex aqua. Glo. scʒ exterius abluendo corp⁹ et interi⁹ spũsctõ mundãdo aiam: non põt intrare. &c. Ex quo ptʒ necessitas hui⁹ sacri. Et qꝛ baptism⁹ est ianua oim sacroꝝ ideo de ipso pzio videndũ est. Erit aũt triplex cõsideratio circa istõ sacramẽtũ. Primo videbit de ipsi⁹ substãtialibus. Secũdo de ipsi⁹ accidentalibus. Tertio de ipsius cautelis. Quam triplicem cõsiderationem circa quodlibet sacramẽtum i presenti tractatu seruabimus.

Baptismus est ianua omniũ sacroꝝ.

Baptism⁹ quõ diffinit.

Diffinitur aũt sic. Baptism⁹ est ablutio corporis exterius facta sub forma ꝟboꝝ prescripta. Quinq3 vero sũt de substãtia baptismi. Primũ est intẽtio: et sufficit gñalis: scʒ qꝛ baptizãs intẽdat illõ facere qõ facit ecclia. Melius tñ est si fiat spãlis intẽtio: scʒ vt baptizãs intẽdat qꝛ baptizãd⁹ mũdetur i aia a peccato. Silr requirit intẽtio illius q baptizat si est adultus: qꝛ inuit⁹ non reciperet sacramentum: vt dr in. c. maiores. de baptismo & eius effectu circa finẽ. Scdm est fides baptizandi: qꝛ in adultis requirit fides ppria: sed i paruulis aliena: qꝛ paruuli baptizãtur i fide ecclesie. Tertium est expressio vocalis forme a xp̃o institute: que est hec. Ego te baptizo innoie patris & filij & spũssancti. Circa cuius prolationem videat baptizãs ne aliquã

Baptismi diffinitio.

Baptismi substantie quinq3 sunt.

Adult⁹ inuitus non recipit sacramẽtum baptismatis.

Baptismi forma q̃lis est.

dictionem omittat: nec etiam addat aliquã vltra: vel ne trãsponat dictiões: vel cõmutet aliqualiter noia personaꝝ. Unde si diceretur in noie genitoris & geniti et pcedẽtis ab vtroq3 non esset baptismus. Item non debet omitti illud pnomen i pzincipio positũ scʒ ego: qꝛ licet nõ sit de forma quãtũ ad necessitatem sacri sed ex constitutione ecclie: peccaret tñ omittẽs: q̃uis ibi eẽt baptism⁹. Ita notat de baptismo & ei⁹ effectu. c. j. vbi etiã dr immergẽs pueꝝ et dicẽs. In no. p. et fi. & s. s. et pretermittẽs. ego te baptizo. non est baptismus. Greci aũt & rutheni dicũt qꝛ expssio ministri. s. ego: non sit de necessitate forme: qꝛ ex eo baptism⁹ efficaciã non habet. Sed persona recipiẽs est de necessitate forme: qꝛ actus ad recipiẽtem terminatur. Ideo differũt a nobis in forma quãtum ad tria. Pzimo: qꝛ psonã ministri nõ exprimũt ad remouẽdũ dubiũ primitiue ecclie q̃ efficaciã attribuebat baptizãti vt ptʒ. j. Coꝝ. iij. Scdo: qꝛ significãt actum sub tertia persona cũ optatiuo modo vel coniũctiuo: vt baptizet seru⁹ xp̃i. Tertio personã baptizati in noiatiuo exprimũt vt dictũ est. Utrũ ipsi hic mutẽt de substãtia forme: ita vt opoz teat rebaptizare nõ est determinatũ: sed certum est qꝛ nostra forma est melioz. Hec sanct⁹ Tho. dist. iiij. q. ij. arti. j. Et licet in pzimitiua ecclesia ex speciali consilio spiritussancti baptizauerunt innoie xp̃i et pp̃ter modum significandi: qꝛ quodãmodo ꝑm Amb. tota trinitas i hoc noie intelligit: et pp̃ter reuerentiam significati. vt illõ nomen celebre & virtuosum redderetur. Cessante tñ hac causa iam non licet sic baptizare ꝑm theologos. Si qs tamen esset baptizatus in noie chzisti faciẽdum esset cũ eo sicut in alijs dubijs. ex

Ego pro nomen in forma baptismi nõ dʒ omitti: valet tñ baptismus.

Greci in trib⁹ a latinis differũt in cõferẽdo baptismate.

quo non esset simpliciter determinatum p ecclesiam talem baptismũ non valere: ita q talis baptizaret his verbis. Si baptizat⁹ es/ ego te non baptizo: si nõdũ baptizat⁹ es/ ego te baptizo in noie. p. et. f. z. s. s. Et idem fiat qñ baptizãtur ruthe ni z greci: q nõ cõstat illoꝝ formã simpliciter nõ valere: presertim cũ ecclesia scit et tolerat eam/ nec expresse reprobat. Quartum qd requiritur ad substantiam baptismi est materia debita: scz ablutio per elemẽtũ aque i toto corpore vel in pte digniori. Quintum q illa ablutio fiat ab vno z eodem tpe qñ forma vboꝝ exprimit: ita q vn⁹ vba pferat z eo tpe puerũ immergat. Ista aũt immersio debet fieri trina vice: nisi necessitas magna suadeat aliud facere. Uel si baptizãdus eẽt adult⁹ q per sacerdotem ter immergi non pot: tũc eñ sufficit trina aspersio aque: qd ecclesia in plurib⁹ locis seruat. Et in paruulis pter pericula que accidere possunt circa totalẽ immersionem paruuli. Unde grauiter peccaret q semel tãtum immergeret: q ptra ecclie cõsuetudinem faceret. Sciẽdum est aũt q sm Johã nem parisiẽsem super. iiij. disti. iij. c. iiij. aquam baptismi oportet de necessitate esse sanctificatã: quia dñs contactu sue mundissime carnis vim regeneratiuam aquis cõtulit. Sed tñ aqua debet esse simplex sic q non mutetur spẽs aque quantũcũq fiat cõmixtio. Unde põt fieri baptismus in lixiuio: vel aqua maris: vel sulphurea: vel in aqua expssa mũde de luto. Et dico mũde expssa. i. liquide et apparẽter/ sic q ibi appareat va aqua: q aqua imbibita spisso luto nõ potest fieri cõueniẽs materia huius sacramenti. Et hui⁹ ratio sm doctorem subtilem vbi supra est: q lotio est materia proxima: vel quasi per se fundamẽtum: vel pars fundamẽti isti⁹ sctificationis. Aqua aũt est materia remota. Uñ aqua imbibita spõgie vel spisso luto etiã si tangit carnem/ tñ non est cõueniẽs materia ad baptismum: q talis cõtact⁹ non est lotio. Et silr in glacie non est lotio et i niue: eo q non est aqua fluida lotioni conueniẽs. Silr aqua rosacea: vel aqua expressa de floribus: vel brodium nimis spissum i quo plus est de pinguedine q de aqua: nec aqua mixta cũ luto muto. Silr vinum z saliua: aut etiam hois vrina non sunt cõueniẽs materia baptismi: eo q aqua ibi mutata est in aliã spẽm. Ubi tñ non tãta trãsmutatio esset aq: sicut in brodio/ medone/ ceruisia z sic de alijs liquorib⁹: dubitãt quidã doctores non esse materiã istius sacramenti. Ego tñ oino reprobo in istis liquorib⁹ fieri sacramẽtum pter defectum significationis. Aqua eñ baptismi sigt illam aquam que fluxit a latere xpi in cruce: que fuit vera aqua elemẽtaris et non miraculosa pter significatiõem baptismi. sic etiam et sanguis verus ibi pfluxit. Ratio aũt institutionis in isto elemẽto est ex parte cõueniẽtie: quia est frigida/ fluida/ lucida/ necessaria et cõis. Et he oẽs pprietates cõueniũt hmõi aque in qua debet fieri baptism⁹: qui est ad reprimẽdum feruorẽ cõcupiscẽtie: ad flectẽdũ rigorẽ inobediẽtie: ad illustrandũ charitatẽ fidei: ad introducẽdum viã salutꝫ. Item alia ratio: q per baptismũ ab his malis liberamur scz ab immũdicia/ ignorãtia et cõcupiscẽtia: vt pz ex pprietatibus aque: scz puritate per quã mũdamur: perspicuitate per quã illuminamur: et frigiditate per quã ab estu cõcupiscẽtie tẽperamur. Fit etiã baptismus in aqua: ne quem inopia alteri⁹ liquoris excusaret.

Baptizãs qui puerum semel tm̃ imergit/ grauiter peccat.

Baptismus fit i lixiuio vel aqua marꝫ zc.

Baptismi materia est duplex.

Baptism⁹ i glacie aut niue nõ resoluta non fit.

Baptismus qre cõfertur in aqua.

et ne ppter defectũ periculũ salutis hoies incurrerẽt: et vt inueniatur apd oẽs cõis materia baptismi.

Qz triplex est baptism⁹.

Baptismus est triplex. Preterea sciẽdũ q triplex est baptismus: scʒ fluminis q fit in aqua cõiter. et talis liberat a pena ⁊ a culpa: ⁊ gratiam infundit i habitu/et caracterem imprimit. Alius est flaminis: q tũc fit qñ qs desiderat baptizari sʒ nõ habet p quẽ baptizet. Talis in fide saluabit put determinatum est in decret. aplicã. de pbrõ non baptisato. Et idẽ ptʒ p Aug. viij. li. de ciui. dei. et lib. iij. de vnico baptismo. et p beatũ Amb. de obitu Ualentiniani. Augu. Ambro. Et hic delet culpã/et grãm habet i vsu in quo meritũ cõsistit. Tertius est baptismus sanguinis: qui fit i martyrio p xpi noie suscept⁹: vt ptʒ de innocentibus. Et quidã dicũt etiã de latrone dextro: sed non videt esse verũ: cũ ille non possit dici martyr ex pena crucis: eo q non p veritate/aut iusticia/aut fide xpi: sʒ pro suis scelerib⁹ passus est: sicut sol⁹ cõfitet dicẽs. Nos qdẽ digna factis recipim⁹. ⁊c. Uidet ergo potius q baptizat⁹ est baptismo flaminis ppter cõfessiõem fidei quã habuit ad xpm credens eũ deum et hoiem esse. Et iste baptism⁹ ab omi tẽtatione liberat ⁊ cõfert statim premium: qz martyres statim euolãt in celũ sine retardatione: sicut ptʒ de sctõ Stephano dicẽte. Video celos apertos. Actuũ. vij. Item in hoc sacro qddã est sacrm tm: vt est ablutio exterior i corpe. Quoddã res tm: vt gra interior. Quoddã res ⁊ sacrm: vt caracter in aia. Et sic q ficte baptizatur cũ pposito peccandi mortaliter/nec attritus: vel q errat in articulis fidei: vel q dicit sacramẽta non valere/tãtũ recipit sacramẽtũ et nõ saluatur. Qui pro desiderat baptizari et non habet per quẽ/recipit rem tm et saluabit. Qui pro recipiũt rem ⁊ sacrm vt paruuli: exterius ⁊ interius mundãtur: qz recipiũt exteriorẽ ablutionẽ in corpore: et impressionẽ caracteris i aia. Est aũt caracter distinctio a caractere eterno impressus aie rõnali fm imaginẽ cõfigurãs trinitatem creatã. i. hoiem: trinitati creãti. i. deo: et distinguẽs a non cõsignatis fm statum fidei. Et hoc est tantũ dicere q caracter est quedã qualitas seu signum cõsignatiuum xpo distinctiuum ab infidelib⁹ et assimilatiuum fidelib⁹/et dispositiuũ ad gratiam. Caracterꝫ baptismi diffõ. Et talis caracter est in fidelib⁹ potẽtie cognitiue intellectiue: in qua principaliter consistit imago: ex qua etiam homo habet q sit homo: sicut ex appetitiua habet q sit bon⁹ vel mal⁹. Et ratio fm Tho. dist. iiij. q. iij. artic. iiij. qz impressio caracteris est per quandam aie rõnalis sanctificatiõem: put sanctificatio dr deputatio alicuius ad aliquid sacrum. Ad hãc aũt sctificatiõem non magis actiue operat aia sctificanda q aqua sctificãda vel oleũ vel chrisma ad sui sanctificatiõem: nisi q homo se subijcit tali sanctificationi per cõsensum. Res aũt predicte subijciũtur: quia libero arbitrio carẽt. Et ideo qualitercũqz aia variet per pprias operationes nũqz caracterem amittit: sicut nec chrisma nec oleum nec panis consecrat⁹ vnqz sctificationẽ perdũt qualitercũqz trãsmutẽtur: dũmodo non corrũpãtur. Null⁹ aũt põt bis baptizari: qz dñs cõstituit baptismũ irreiterabilem: et hoc ppter plenam remissionem tam pene q culpe q fit in baptismo. als daret occasio sepius delinquẽdi. hec Scotus super. iij. sententiaꝝ. dist. iiij. q. v.

De baptismi accidib⁹.

Baptismi solennitates sūt octo.

Consequenter de accidētib⁹ baptismi restat videre. Sūt aūt octo de solēnitate baptismi que non sunt de substātia .ꝟ. Sal/oleum/chrisma/cere⁹ chrismale/saliua. Flat⁹ virtutem baptismatis ista figurāt. Hec cū patrinis non mutāt: sꝫ bene ornāt Jnūgiꝭ aūt baptizādus in quattuor locis: scꝫ i frōte vt fidem publice predicet. et hoc fit i cōfirmatione p epm. Jn ꝑtice: vt agēda facilius cognoscat. Jnter scapulas vt iugum xpi suauiter portet. Jn pectore: vt deum dulci⁹ diligat. Sed de istis oib⁹ meli⁹ videbitur infra in practica hui⁹ sacramēti.

¶ De cautelis circa hoc sacramētum seruandis.

Baptism⁹ pter necessitatem conferri nō dꝫ in domib⁹ priuatis / nisi puer eēt pricipis.

Hinc de cautelis circa istud sacm̄ adhibendis est vidēdum. Primo caueat sacerdos ne i priuatis domibus baptizet infantē vel adultum/nisi esset puer regis vel principis: quib⁹ in hoc differꝭ. Et hoc intellige preter casum necessitatꝭ. alioqn i necessitate pōt baptizare vbiqꝫ. Ut si puer esset i mortis articulo: aut deferētes haberēt inimicitias capitales. Prout hoc totum notaꝭ in clemētina vnica de baptismo ⁊ ei⁹ effectu. Scḋa cautela caueat ne quem coacte baptizet: vt iudeū vel paganū. Et hoc si reclamat aut ꝓtestatur aliquo signo exteriori suū dissensum: nam talis non recipit sacm̄/nec cogiꝭ legē xpianā tenere. Si aūt metu mortis vult baptizari ne cremeꝭ vel suspēdatur ꝓ suis excessib⁹: talis si nō reclamat q̇uis int⁹ dissentit vt sacm̄ recipiat: tn̄ teneꝭ legē christianā seruare. Tertio caueat ne baptizet amētem vel fatuū seu furiosum: verūtamen vt dicit sanctus Tho. Amentes a natiuitate recipiūt sacm̄ sicut ⁊ pueri. Et illi q̇ incurrūt amētiā ex infirmitate postq̄ habuerūt vsum rōnis et lucida interualla et habuerūt tūc ꝓpositum recipiēdi baptisma: tūc suscipiūt sacm̄ et rem: etiā si actu ꝯtradicāt qn̄ baptizētur i amētia: alꝭ non. Et sic intelligendū est qḋ dicit Augu. iiij. cōfessionū de amico suo: q̇ dum desperaret baptizatus est nesciens. Quarto caueat ne iudeū vel paganū statim baptizet: ⁊ nisi prius de fide instruatur. de conse. dist. iiij. iudei. Et hoc ne ecclia i talib⁹ decipiaꝭ. Et hoc est verū nisi necessitas aliqua eis immineret. Quinto caueat qn̄ simul plures baptizet ne dicat. Ego baptizo vos: quia grauiter peccaret ſm Tho. et tamen eēnt baptizati. Et ideo cum plures baptizat ad quēlibet seorsum dicat. Ego te baptiso. ⁊c̄. hec sctūs Tho. Si tn̄ maxima necessitas instaret: vt si portarentur duo vel tres pueri simul debiles et infirmi q̄si agonizātes: et tunc videtur mihi q̇ possit dici. Ego vos baptizo. ⁊c̄. ne ꝓpter dilationē vlteriorē pueri morerenꝭ. Sexto caueat ne variet formam per aliquā interpositionē magnā ꝑ quā discōtinuaret actū. hoc eni̇̄ multū noceret ſm Petrū de tharan. sup. iiij. sn̄iaꝝ. di. iiij. q. ij. Modica tamē interpositio vel interruptio nō nocet: vt si dicaꝭ. Jn noie pr̄is. et tūc forte aliqḋ impedimētū sacerdoti occurreret: vt si madidaretur sibi manica suppellicij vel siꝉe: ita q̇ diceret ministro. vide ne madideꝭ suppelliciū vel siꝉe: et tūc vlteri⁹ ꝓsequeretur. et filij et. s. s. non viciaret baptismū. Siꝉr de tusse si acciderit tp̄e ꝓlationis dicēdū est aut etiā de silentio longo inter verba longa idem intelligendū est ſm Tho. sup. iiij. di. iiij.

Sacerdos exiſtens in mortali peccat mortaliter baptizando.

q.iij.articu.j. Septimo caueat ſacerdos ne in peccato mortali exiſtens baptizet cū ſolēnitate more ſolito puerū: quia peccaret mortaliter ſm ſctm̄ Tho. et pe. de tha. ſuper. iiij. diſt. v. q̄ſti. ij. Quis puer baptizetur in hoc caſu. Et baptiſmus confertur tam per malum ꝙ̄ per bonū miniſtrum: quia bonitas miniſtri non eſt de neceſſitate baptiſmi: ſed de cōgruētia. Nec peccat ſuſcipiēs baptiſmū a malo ſacerdote tolerato ab eccl'ia. ſecꝰ eſt de preciſo ab eccl'ia: vt ab heretico ſciſmatico excōicato: a quibus nullo modo recipiēdus eſt baptiſmus niſi in caſu neceſſitatis: tunc enim etiam a nō baptizato vt a iudeo vel pagano poſſet recipi ꝙ̄tūcūq̄ malo dūmodo in formam eccleſie redderetur cū intentiōe videlicet faciendo illud qđ facit eccleſia. Verūtamē licet baptiſmus a malo ſacerdote tolerato ab eccleſia nō vitiat ꝙ̄tū ad ſacramētales effectꝰ: tamē a bono ſacerdote melius recipit ſi haberi poteſt: q ſm beatū tho. cum effectu principali poteſt aliquid addi plꝰ ex merito baptizātis. Ex hoc patet ꝙ̄ dānabile ⁊ periculoſū ſacerdoti eſt morari in peccato mortali ad vnā horam cū ſemper debeat eſſe paratꝰ ad miniſtrandū ſacra.

Baptiſmus ab heretico aut excōmunicato nullo mō recipiēdꝰ ē: niſi i neceſſitate

¶ Sed circa hoc nota ꝙ licet in caſu neceſſitatis iudeus vel paganꝰ poſſit baptizare: non tamē poſſit leuare de fōte ſm Tho. Ratio: quia in p̄mo caſu batizando pōt tenere vices dei: cū ſit eius creatura: ſed in ſecundo nō: q nō eſt mēbrum eccl'ie nec etiā aliquā cognationē ſpūalem cōtrahit cū ſit expers ſpūalis gratie. Hec Tho. ſup. iiij. di. vj. q. iij. ar. ij. Octauo attendat vt hēat circa baptizandū actualē intētionem baptizādi: ⁊ maxime cū dicit ꝟba eſſentialia. Tñ ſi tunc nō haberet eā. ⁊ tñ priꝰ habuit eūdo ad baptizandū ſufficit. Ex quo patet ꝙ furioſus aut ebrioſus nō pōt baptizare. Et dico ꝙ ebrioſo carēte vſu rōnis q̄ talē intentionē nō hꝫ: nec actualē nec habitualē que eſt neceſſaria. iuxta illđ. Accedit verbum ad elementū ⁊ fit ſacrm̄. Nā ſm Bonauenturā. in. iiij. diſt. iij. q. j. ar. j. i fine p̄ncipalis. ad hoc ꝙ verba ordinent ad effectū aſſignatū neceſſariū eſt interuenire intentionem miniſtri qui intēdit in illo actu ⁊ verbo dare talem effectum vel ſaltem qđ eccl'ia facere ordinauit: vel ſaltē qđ xp̄s inſtituit diſpēſare. alioquin ꝟba ⁊ elemētū vt ſic diſtincta nō faciūt ſacramētum. Hoc autē pro regula habēdū eſt/ ꝙ ad omnē ſacramentorū diſpēſationē neceſſariū eſt hr̄e intentionē actu vel habitu: explicite vel implicite ſm Tho. in. iiij. diſ. vj. q. ij. ar. j. Nono caueat quilibet ne puerum anteꝙ̄ naſcat de vtero mr̄is baptizet. Et hoc ſi puer ad oēs ptes eius eſt in vtero mr̄is integer et totalr: q ſic nō pōt aqua eū attingere immediate: nec pōt lauari ibi exiſtēs. Si autē apparet principalis ps. puta caput tūc ſimpliciter baptizari pōt: q iā pōt aqua aſpergi. Si aūt apparet ps minꝰ principalis ſicut manꝰ vel pes/ illa etiam eſſet baptizāda: quia in illa parte eſt tota anima. licet nō oēs ſenſus vt in capite: ⁊ poſtmodū poteſt baptizari ſi naſcatur viuꝰ ſub cōditione. Talis tamē puer ſi naſceretur mortuꝰ ſepeliretur in cymiterio ſm doctorē ſubtilē. diſti. iiij. q. j. arti. ij. Et idē tenet Johānes parriſiēſis. diſtin. iij. Similit dicendū eſt de illo circa quē dimiſſa eſt forma eccleſie neceſſaria ex neceſſitate inſtanti. Talis enim ſepelirer in cymiterio: q pie creditur ꝙ ſummus ſacerdos ſuppleret ſm Petrū de tharan. diſti. iij. q. ij. arti. j. Decimo caueat ne ma-

Judeus vel paganus pōt in neceſſitate baptizare/ nō tñ leuare de fonte.

Intētio q̄lis reqrit in baptizādo.

Puer exiſtens in vtero ſi caput apparet pōt baptizari/ vl manus aut pes.

trem infirmã vel morietẽ diuidat in qua puer viuit: q2 sic homicidium cõmitteret quisquis hoc faceret. Nõ sunt enim facienda mala vt veniant bona. ad Ro. iij. Ideo cauti⁹ dimittat perire infantẽ cũ ea ꝙ ipsa pereat. ẜm dominũ petrũ vbi supra. Si tamẽ mater mortua esset iam perfecte: tunc potest et debet eam facere diuidere: et puerũ inde extractum baptizare: al's non. Undecio caueat ne monstrum nõ bene prius dijudicatum an sit vn⁹ homo vel duo: vel an habeat vnam aiam vel duas baptizare festinet. Nam si sint duo capita/ duo colla et duo pectora: et per consequẽs erunt duo corda. et ita baptizandi sunt duo: et quilibet seorsum. Si autem non est certũ ꝙ sint due anime: tunc primo baptizand⁹ est vnus: et postea alter sub conditione dicendo. Si tu es baptizatus non rebaptizo: sed si non es baptizat⁹ ego te baptizo in nomine patris et filij et spiritussancti. Et tale mõstrũ dicit fuisse in francia/ duo capita habẽs: quorũ vnũ expressit velle de eo de quo alterũ expressit nolle. vnũ tñ voluit continere: et sobrie viuere: et aliud lasciuire et epulari: et cum vnũ p ossuum excederet/ aliud se grauari clamabat: ita refert doctor subtilis. di. vj. q. j. arti. iiij. Duodecimo caueat ne chrismate antiq̃ baptizet: q2 punit sacerdos hoc faciẽs de conse. dis. iiij. si quis de alio. Et de sen. excõi. in ca. quoniã. lib. vj. Ubi dicit glo. finalis dando rationem: q2 vetus chrysma non debet inesse vsui: nec de illo debet quis chrysmari. Et depõitur sacerdos qui de illo antiquo chrysmate vngit baptizatũ: nisi in mortis articulo. Unde omni anno nouũ chrysma debet confici et antiquum cremari. de conse. distinc. iij. litteris. Sit autẽ diligens sacerdos inter

Sacerdos baptizãdo chrisinate antiq̃ punitur.

Chrisma antiquũ cõburi

omia ne puer decedat sine baptismo: vt si iam incipit canonẽ misse et viderit puerũ morientẽ sine baptismo põt eum baptizare. de cõse. di. j. null⁹ eps. in glo. penul.

De cathecismo et exorcismo.

Restat nũc ponere practicam manualẽ circa hui⁹ sacramẽti dispensationẽ. Est autẽ primo sciendũ ꝙ cathecismus et exorcism⁹ debent precedere baptismũ quãdo solẽniter confertur. Exorcism⁹ vero dicit illa sonatio orationũ per quam expellitur dyabolus: et adiuratur vt recedat a puero: de quo dicit Tho. ꝙ valde cõueniẽs sit ipm premitti ante baptismũ. vnde hoc signant ea que ponunt in baptismo. Recede ab eo sathana ⁊c. Ipse etiã exorcism⁹ debilitat potestatẽ demonis ne tantum possit in hoie sicut ante: ne baptismũ in alia bona in ipo impediat. Sed ptãs predicta totaliter tollit in baptismo: sicut etiam Pharao pri⁹ est flagellat⁹. populo nõdũ de egypto egresso: et postea totalr̃ in mari rubro: qđ est figura baptismi submersus. Et sic bene dicit ꝙ exorcismi sunt instituti propter energuminos: id est intus laborantes p' infectionẽ fomitis: videlz ɔtra diabolũ in eis potestatẽ habentẽ. Hec Tho. di. vj. q. iij. ar. j. et ij. Est aũt cathecism⁹ ẜm Tho. istructio ante baptismũ in illis que sunt cõia. Et dicuntur fidei rudimẽta: ad q̃ credẽda oẽs explicite tenentur: sicut est fides trinitatis incarnatiõis et passiõis dñi: iudicij: et prouidẽtie dei de factis hominũ de alijs autem debet istrui post baptismũ. Unde etiam ẜm Tho. in adulto requirit vt per se cathecisetur et christianam religionẽ ɔfiteatur. Cathecizat aũt

Exorcismi diffinitio.

Cathecismi diffinitio.

jidi monstrũ duos capita ... voluntatum

ad hoc adultus q ad fidem vocatur: vt ad quã vocatur pprio moueatur volūtatis arbitrio. Hinc est q cū baptizatur ruthenus vel pagan⁹ adultus nō patrini sed ipsemet p se ad iterrogata rñdeat sacerdoti. Huius cōtrariū seruatur in mazouia: in polonia: et satis male.

De mō baptizandi.

Postq̄ igitur puer debeat baptizari sacerdos nō permittat nisi vnū vel vnã feminã in patrinos: put determinatum est de cognatione spūali. q̄uis lib. vj. de cōsc. di. iiij. nō plures. Alicubi tñ ɔsuetudo obtinet: q si puer masculus debeat baptizari: tunc duo viri et vna mulier in patrinos admittãtur. Si vero femina tūc due mulieres et vnus vir in patrinos admittãtur. Et illa est satis tolerabilis: cum honestatem quandã et vrbanitatē contineat. Deinde autē ante fores ecclie sacerdos statuat patrinos vt si puer est masculus teneat eum vir: si vero femina teneat eum mulier. Et isti duo stant iuxta se. Alij ṽo possunt stare in ecclesia vel iuxta quē puerum conduxerūt: nec pro ipso respōdeant sed possunt omnia attendere dūmodo non tangãt puerum ad occasum sol. solus autem stet ad orientē. Quo facto sufflet in faciē eius: et dicat illū exorcismum. Exi īmūde spirit⁹: et da honorem deo viuo et vero et c. que cōtinentur in agenda. Iterū statim dicat. Recede ab eo diabole et c.

Baptizãdi modus.

Flatus autem ille siue exufflatio debet fieri ad occidentem vt patz ṗm Tho. Et significat spirit⁹ maligni expulsionem et boni introductionem. Post hoc faciet crucem in fronte eius dicens. Signum saluatoris dñi nostri iesu xp̄i in frontem tuam pono: similiter in pectore aliã faciet crucē dicēs. Signū saluatoris dñi nostri iesu christi in pectus tuū pono. Et demum coniunctim sub vna prolatione faciet vnam crucē in fronte et aliã in pectore dicens. Accipe signaculum sancte crucis tã in fronte q̄ in corde et c. Et quid ista signatio significet statim in predicta ōnditur oratione cum dicit. Sume celestium preceptoꝝ fidē et c. per qd̄ denotatur q ad hoc i pectore signat q in preceptis dei suscipiēdis accept⁹ efficiatur. Et in fronte vt leta facie dei culture existat aptus. Demum sequit oratio. Preces nr̃as et c. in qua tūc dicitur. Et hūc electū tuū crucis dñice cui⁹ impressione eū signam⁹ in ṽtute custodi. Et fiat crucis signatio sup totum puerū. Inde sequit ōro. Omipotēs sempitne de⁹ et c. Circa quã q̄rat pri⁹ sacerdos de noīe infantis dicendo quis dz vocari. Et postq̄ illi dixerunt. N. ille statim prosequat incipiendo orationē dicens. Omnipotēs sempiterne deus pater dñi nostri Jesu christi respicere dignare sup hunc famulum tuum et c. Non est au[t]em opus cum venerit ad locum ppriū nomis in aliqua oratione q requirat patrinos dicens: quomodo vocatur: et hoc propter incongruitatē que ibi contingeret: et improprietatē locutionis. Nã oratio quãdoq̄ reqrit dici propriū nomen in accusatiuo casu: et patrini respōdent in noīatiuo qd̄ est magna absurditas sicut patet cū dicit. respicere dignare sup hūc famulū tuū. N. et si patrini respōderēt in noīatiuo dicēdo. N. magna eēt incōgruitas. dicat aūt sacerdos sol⁹ variando nomē vsq̄ ad fontē ṗm exigentiã orōnū put viderit expedire: nec totiens q̄tiēs occurrit nois noīatio requirat pñnos: sed sol⁹ noīet in latiuo ppt absurditatē pdictã. Orōnes autē iste sūt p puero: vt grã pue-

Orōnes q̄re fiunt p puero baptizãdo.

niat et subsequatur que vires prebeat libero arbitrio: et q procul fiat vniuersa maligni spiritus illusio. Signatur puer in frōte: in pectore: in oculis: in narib⁹: in ore signo crucis: cuius virtute vict⁹ est diabol⁹ et exaltatus est christus. Unde Abacuc. iij. Cornua i manibus eius sunt. ibi abscondita est fortitudo eius. Hoc signo muniūtur totius corporis sensus: cuius virtute ⁊ oīa sacra cōplētur: et oīa diaboli figmēta frustrantur. Sicut enim cū primogenita delerentur egypti populus hebreorum signatis postibus domorū suarū sanguine agni paschalis in typo dñice passionis saluat⁹ est: popul⁹ pro egyptiorū qui hoc caruit signo in suis primogenitis grauiter pcussus est: sic apud Ezechielē hierlm ab imminēte clade liberanda esse pmittitur si thau que figurā crucis exprimit in frontib⁹ gementiū atq dolentiū signaret. Deinde anteq sal ponit in os pueri recepto sale simplici ⁊ mundo bñdicat ipsum spāliter per illam orōnē. Exorcizo te creatura salis in noīe dei patris omīpotētis: ⁊ in charitate dñi nostri iesu christi: ⁊ in virtute spūssācti ⁊c. faciēdo signa crucis ad inuocationē cuiuslibet psone sancte trinitatis: et compleat vsq ad finē. Nec credat quis posse sufficere sal illud ad exorcizandū puerū qd bñdicitur die dñico ad bñdicendū aquā: cū illud spāle officiū habeat ⁊ distinctū ab isto. Et ideo caueat sacerdos ne cū illo sale cū quo die dñico aquam exorcizat ad baptismū vadat: sed ipo die dñico in alio cipho benedicat sal pro benedicenda aqua/⁊ in alio p exorcizādis infantib⁹ ante baptismum. Cū aūt cōpleuerit orationē dictam ⁊ sal benedixerit: recipiat sal et ponat ad os pueri dicēs. Accipe salem sapientie: et sit tibi dominus propicius in vitā eternam amen. Ponat tñ sal i os pueri pulchre ⁊ modeste nō cū vehementia sicut quidā solēt ponere: ita q puer cogit flere pter durā impressionē salis: quod est abominabile. Seruāda est nāq maxima vrbanitas ⁊ honestas in sacramentorum collatiōe pter deuotionē populi excitandā et reuerentiā sacramētorum a populo impendendam et exhibendam: significat enim salis immissio gratiam ⁊ sapientiam: et a peccatorū putredine preseruationem. Consequēter prosequant orōnes solite q habentur in agenda. Et puideat sacerdos eas correcte dicere. Et qr spāles sūt orōnes super feminas ⁊ spāles sup viros: iō singulis singulas adaptet. Que aūt sunt sup vtrosq illas pferat sup vtrosq indifferēter. Deinde sequit euangeliū fm mathēū Oblati sunt Jesu paruuli ⁊c. qd sacerdos dictur⁹ depōat mitram: silr patrinos deponere faciat. In legendo autē imponat manus infanti: vt precludat diabolo expulso viam ne redeat. Et hoc idem significant benedictiōes ⁊ crucis signationes superius premisse: legat autem pretermittēdo dominus vobiscum. Quo facto faciat orare Pater nr ⁊ Credo ipos patrinos: demū dicat illam orationem. Nec te lateat sathana ⁊c. Quo facto recipiat mundos pulueres terre et immiscens sputo faciat inde lutū i manu sinistra recepto eo duobus digitis: scilz pollice et indice dextre manus tangat aurem pueri dicens. Effeta: quod est adaperire. Et cum subiunxerit in odorē suauitatis: tunc tangat aures. Caueat autem ne faciat lutum grossum et astantibus abominabile: sicut qdā facere psueuerūt. emittētes psputo qnq flegma spumosū ex ore inducētes horrorē astātib⁹

Sal qd bñdicit die dñico nō sufficit ad exorcizādū puerum

Spute et saliue immissio quid designat? Designat autē spute ꝛ saliue imissio sensus/tactus/audit⁹/ ꝛ aliorū sensuū spūaliū apertionem: vel signat impedimēti remotionē ipsi⁹ demonis respectu fidei docendo/ vel discendo.

ti: dicentes. diabol⁹ te mihi miserat cū his peccatis: eos vel eas diabolo ꝯmēdantes vt quidā ydiote faciunt. Nec debet sacerdos mouere caput vel sputū sepi⁹ ꝓijcere ne videat̄ a circūstantib⁹ prodere pctā cōfitentis. Ubi ergo sunt illi qui pede trudūt cōfitentes vel faciūt quasdā vociferationes suspiciosas: vel suspiria suspiciosa: ex q̄bus ꝓditur cōfessio pctōris. Cum ergo incipit cōfiteri attendat v̄ba sua ꝯfessor vsq̧ ad finem/ nec interrūpat: nisi cū fuerit cōfessor ꝑ confitentē de aliquo exq̄situs: vel nisi cōfessor habuerit necesse inquirere de aliqua circūstantia pcti. Si v̄o confitens corā sacerdote pre timore erubescens obmutescit / tūc sacerdos eū dulciter alloquēs informet/ ꝛ det sibi cor ꝛ audaciam his verbis: vt dicit Hug. Fili charissime ex abūdantia gratie diuine habemus magnū donū hoc ꝛ salutis remediū q̄ ꝑ nr̄am veram confessionē possumus ꝯsequi īdulgentiam pctōrum. Non aūt verearis ꝓ aīa tua dicere ver̄ corā me q̄ sum pctōr sicut et tu. Nō aūt te audio vt homo: sed vt de⁹. Qd̄ si forte ꝯfitens nescit modū ꝯfitendi cōfessor dicat ei modū dicens. Charissime fili ita debes confiteri. Cōfiteor oīpotenti deo ꝛ tibi patri q̄ ego pctōr peccaui in multiplicib⁹ pctis. Et primo in mortalib⁹ peccatis transgrediēdo diuina precepta: nō diligendo deū nec ꝓximū Et tūc videat ꝯfitēs dicere pctā: et primo de mortalib⁹ pctis ꝺm q̄ disposuit in mēte sua. Si aūt ignorat q̄ sunt pctā mortalia dicat sibi Ecce fili mi ista sunt pctā mortalia. Superbia/ auaricia/ luxuria/ ira/ gula/ iuidia/ ꝛ accidia. Recordare si cōmisisti aliqd̄ istorū. Qui cū de eis expedit⁹ fuerit descēdat ad opa pietatis si ea neglexit adimplere. Silr̄ de alienis pctis vt ista

tim patebit. ¶ Scd̄o videndū est qualiter sacerdos deb3 querere a cōfitente. Pro quo sciēdū q̄ si est discretus confitēs nō debet ab eo aliqd̄ q̄ri: sed si est rudis tūc q̄rat ab eo sacerdos ꝛ p̄mo de mortalibus pctis in gn̄e: nunq̄ tamen in specie. v̄bi gratia sic dicens. Ecce fili nōne peccasti istis pctis: sc3 superbia/ auaricia ꝛc̄. Si ergo contigit te aliqñ supbisse de vestib⁹ / de pulchritudīe corpis / de sapiētia/ ꝺ diuitijs: hoc recogites ꝛ hoc doleas. Item si aliqñ excessisti modū comedēdi vel bibendi: vel habuisti diurnū odium contra ꝓximū tuū vel appetitū vltiōis iniuste ꝯ̄ ꝓximū: vel inuidisti sibi bona spūalia vel tp̄alia: aut ēt fuisti accidiosus ꝛ piger in diuino officio vel ꝺmōe q̧ forte nō diligēter attēdebas in missa: s3 dormitabas vel sermones inutiles miscuisti. Istis modis ꝛ cō similib⁹ confessor dicat in gn̄e. Et vt meli⁹ cognoscas modū in genere q̄rendi sic q̄ras. Fili charissime fecisti furtum? Si dicat sic. dicas vbi/ qñ/ quo tp̄e q̄ duct⁹ necessitate: a quo/ quotiēs. Nō aūt q̄rat fecisti hoī tali: in tali loco: hoc enī esset suspectum negociū. Silr̄ de luxuria q̄rat: vtrū fuit aliqñ pollut⁹ in corpore: si dicat sic. q̄ras an nocte vel die. Si dicat in nocte vl̄ in somno nō q̄ras vltra. Si dicat nō in somno: q̄ras ꝑ quē modū: cum quo vel quo: ꝛ expectes ei⁹ r̄nsionē. Nec determīes aliqd̄ sicut quidā indiscreti faciūt dicendo. Fecisti cū boue vel cū pecore vel equo descēdēdo ad sodomitica pctā de quib⁹ forte cōfitens ignorat. Et in hoc grauissime peccat confessor. Nec dicat. ꝺm Guil. Audio q̄ tu habitas cū tali muliere. Hoc est enī se ponere testē vel iudicem qd̄ nō debet fieri in confessiōe: sed ea peracta d3 iudicare ꝛc̄. Ueruntñ si sacerdos forte ꝓbauit q̄ ille for-

Confessionē audiēs q̄lr̄ iterrogare d̄beat

te oblitus est aliqđ pctm̄ qđ cōfes-
sori constat eū ꝯmisisse / potest sibi
in memoriā reducere dicēs. Acci
dit ne tibi aliquando inebriari vel
fornicari in isto anno. Et si dixerit
sic: querat pmo de persona cū qua
peccauit an ne sibi attinebat et in
quo gradu cōsanguinitatis / vel af
finitatis: nec est hoc ꝑdere aliam
personā vel aliū accusare: sed se li-
berare et mūdare veraciter cum
alio modo expedire nō potest sine
expssione illius circūstātie. Mul-
tum tn̄ caute circa hoc peccatum
luxurie est procedēdū ne quid cu
riose inquirat de ipso ꝯfitēte. Un̄
cōsulo vt cōfessor circa hoc dicat
sibi. Fili mi charissime ego quidē
verecūdor et erubesco de talibus
materijs impudicis inqrere: nec
putes ꝙ ista ex curiositate faciam
cū de eis fuissem libētius suppor-
tatus: oportet tamen ꝙ de necessi
tate procedā more et officio medi
ci debētis curare occultū morbū
infirmi. Itē aduertat confessor et
diligēter cōsideret psone confiten
tis qualitatē: cuius status et cōdi
tionis existat. Nā si est pnceps / ba
ro / miles / nobilis / vel quicūqȝ dn̄s
tpalis querat ab eo vtrū oppressit
pauperes subditos et aggrauauit
eos laborib⁹ vel iusticiā facere ne
glexit: vel aliquas impēsiones in-
iustas imposuit. Si vero est prela-
tus spūalis nō est op⁹ querere de
negligentia aīarum subditorū: qr
presumit si hoc faceret solus dice
ret eo ꝙ habet sufficientē cogniti-
onem et sciam quantū ad hoc. Si
aūt non confitet de officio in quo
est dicat et hortet eū proprio mo-
tu dicens. Pater venerabilis et fi
li. in hac parte velitis attēdere di-
gnitatē officij vestri in quo estis: ⁊
in remediū peccatorū vestrorū vo
bis iniungo vt habeatis diligētiā
de aīabus vobis cōmissis. Si aūt
est mechanicus querat ab eo vtrū
in suo opere debitū equitatis mo-
dum seruet: aut si est mercator an
aliquem defraudet in pōdere vel
mensura: an rē viliorē chari⁹ ven-
didit: vel ad vsuras pecunias mu-
tuauit vel ad prestitā chari⁹ vēdi
dit: vel causam rei vēdite nō dixit
emptori sicut circa equū defectū
aliquē vel ipsam rē sic vitiatā non
remissiori precio vēdidit. Aut die-
bus festiuis ⁊ dn̄icꝫ res suas vena
les exponit. Jurauit tantū valere
cū tn̄ nō valuisset: vel iurauit so-
lus emisse ꝑ tāto. Si est taberna-
tor qrat ab eo vtrū aliquando bra
siū miscuit diuersis granis. Sicut
apponendo aliquot choros tritici
aliqt siliginis: aliqt ordei. ⁊ vēdēs
nihilomin⁹ ceruisiā ꝑ tali triticea
vel si dieb⁹ festiuis circa eā labo-
rauit cū hoc āte vel post bn̄ posset
expediri. Uel mensurā minorē de
dit in domo ꝙ̄ extra domū bibēti-
bus ꝯmiserat. Sic etiā querat de
vino ⁊ alijs liquorib⁹. Itē a iudici
bus querat et consulib⁹ vtrū ali-
quādo ex grā / odio / timore / amore
vel priuato modo iusticiā puerte-
runt vel sententiā tulerūt: ex qua
quis dāmificat⁹ est in reb⁹ vł i cor
pore. Uel si ad penā fuerūt nimis
proni contra simplices sentētiādo
penā stari ꝑ vno leui verbo in iu-
dicio. Item a prībusfamilias que
rat q̄ habēt seruos vel filios vtrū
angariauerūt familiā dieb⁹ festi-
uis / vel eorū detinēt mercedē: aut
eorū mala dissimulauerunt. Silr
querat a seruis an fideliter seruie-
runt ⁊ non subtraxerūt bona dño-
rum suorū. Item si est virgo qrat
ab ea de custodia virginitatis: de
pudicitia verborū ⁊ honestate cō-
uersationis: qūo ⁊ cū quibus solet
cōuersari. Si est vidua querat de
deuotiōe ipsius ⁊ opibus pietatis
an libēter fuuit paupib⁹ / vel eos
visitauit: vel tēporalia ꝑ suo posse
impēdit ⁊ exhibet. ⁊ an dissolute

viuit seu delicate. Et isti sunt mori viduarũ ẜm aplm. Itẽ si est coniugata q̃rat ab ea an seruet cũ viro castitatẽ dieb⁹ festiuis: ieiunij: et altarũ vigiliarũ: ꝛ tẽpore impregnatiõis vel etiã partus. Simil'r an a marito exigat debitũ diebus festiuis: aut tpe menstrui vel ipregnatiõis vel tẽpoꝛe part⁹: an etiã aliter q̃ modus nature est vir eam cognouit. Et ẜm hoc procedat cũ qualibet. Circa tñ vitium luxurie cauti⁹ q̃ circa quodlibet aliud se regat ꝙ circũstantias necessarias non inutiles et curiosas inquirat. De quib⁹ sciendũ est hic ẜm Tho. Circũstantiarũ quedã sunt trahẽtes in aliud genus pctĩ vt coire cũ cõiugata ꝛc̃. et has homo tenetur cõfiteri. Quedã vero aggrauãtes sunt in eadẽ spẽ. et earum quedã sunt nõ aggrauãtes moꝛtaliter: sicut sciẽtia et hmõi. et has non tenetur cõfiteri: q꞉ sunt q̃si venialia. Quedã ꝟo sunt aggrauãtes moꝛtaliter: et has opoꝛtet cõfiteri: vt furari in sacro loco: foꝛnicari ĩ die festo. Unde versus. Aggrauat oꝛdo/locus/peccata/sciẽtia/temp⁹. Lucta pusilla metus culpe gen⁹ et stat⁹ altus. Cõditio/numerus/etas/et scãdala sex⁹. Item querat sacerdos a ꝯfitẽte de alienis peccatis que sunt nouẽ. ꝟsus. Iussio ꝯsiliũ consensus palpo recursus. Participãs mut⁹ nõ obstans nõ manifestans. Iussio. i. si precipit facere malũ: licet sol⁹ non interest vel consuluit alteri sine cui⁹ cõsilio nõ fecisset tale factũ: vel ꝯsensit facientib⁹ malũ: vel ipsis adulatus est laudando eoꝝ factũ. Uel quia malefactoꝛes habuerunt ad eũ recursum: vel ipis pticipauit in maleficio: vel tacuit non increpando eos vel non deferẽdo supioꝛi: vel non resistebat cũ posset: vel tenetur ex officio: vel nõ manifestauit cum debuit manifestare.

De casibus ad papã pertinentibus.

Ponendi sunt etiã hic casus ad solũ papã ptinẽtes. Prim⁹ est de eo q̃ verberat clericũ oꝛdinatum: si est lesio enoꝛmis cũ effusione sanguinis atroci. xvij. q. iiij. si q̃s suadẽte diabolo. Scd̃s de eo q̃ incendit vel frangit ecclesiam. ꝛ talis anteq̃ denunciat̃ potest absolui ab ep̃o: sed post denũciatiõnẽ p solũ papã. de sen. excõ. c. conquesti. Et idẽ de quolibet incẽdiario postq̃ publice excõicatus est. de sen. excom. c. tua. Terti⁹ quãdo papa solus aliquẽ nõiat vel noiatim excõicat: tũc solus papa absoluit eã de sen. ex. c. significasti. Quartus falsarius litterarũ pape: vel eis vtens sciẽter. vt p3 de falsarijs. c. dura. Quintus qui insequitur cardialem. de penis. c. felicis. lib. vj. Sext⁹ qui grauat iudicẽ spũalem in persona, vel bonis: vel dat sniam grauandi propter hoc ꝙ sniam excõicatiõis tulit. de sen. excõ. quicũq3. lib. vj. Septimus. si quis coꝛpus defuncti scinderet vel coqueret pro ossibus transferendis. De hoc habet̃ in quadã extrauaganti Bonifacij pape octaui que incipit. detestante. Octauus. si quis inquisitoꝛ hereticoꝛũ odio vel gratia amoꝛe vel lucro cõtra iusticiã vel cõscientiã omisit contra quẽpiam procedere vt de hereticis. multoꝛũ. in fine. in cle. Nonus. si religiosus absq3 licẽtia sui proprij sacerdotis solẽnizaret matrimoniũ: aut ministraret eucharistie et vnctionis sacramenta c. religiosi. de puile. in cle. Sil'r ẽt excõicati sunt religiosi q̃ excõicatos a canone absoluũt in casibus nõ cõcessis vel cõtra statuta puincialia vel synodalia vel a pena et a culpa. Decim⁹. si q̃s insequitur.

episcopū. de penis. si quis. lib. vj. Undecimus. si qui religiosi inducunt aliquē ad vouendum/ iurandum/ vel promittēdum/ apud eos eligere sepulturā: vel vt iam electam vlterius nō immutet. de penis. cupientes. in cle. Duodecim⁹ de his qui sacerdotem cogunt celebrare in loco iterdicto vel ad audiendū excōicatos vocant vel interdictos/ vel prohibēt ne moniti exeant. de sen. excō. grauis. in cle. Tredecim⁹: qui sarracenis arma ad expugnandū xpianos deferūt vel consilium vel auxiliū dant in dispendium terre sancte. extra. de iudeis. ita quorūdam.

Casus episcopales nunc sequuntur.

Casus vero epi qui notantur per Johan. an. in. iij. glo. si eps. de pe. et re. lib. vj. sunt isti. Prim⁹ absoluere excōmunicatos maiori excōicatiōe. vt de sen. excō. nuper. Secundus imponere penitentias blasphemātibus nomen dei ꝛ sanctorū eius. de clericis maledicis. c. ij. Terti⁹ absoluere sacrilegos. ꝺ sacrilegijs. c. ij. Quart⁹ cōmutatio quorūlibet votorū. de voto et voti redemptione. c. j. Excipitur tñ votū terre sancte. Quint⁹ depositio male ablatorū incertorū vel etiā certoꝝ quādo non existūt isti quib⁹ faciēda est restitutio. de iudeis. cū sit. Sextus penitētiā imponere illis qui matrimoniū clādestine cōtraxerūt vel cōtra interdictū eccl'ie. vt de matrimonio ꝯtra interdictū eccl'ie contracto. in cle. c. j. et vlti. Solēt etiā reseruari epis pnie oim publicanorū et oppressorum puerorū ex ꝓposito vl' casu. Itē homicidiū vel falsum testimoniū falsarij istrumētoꝝ. Itē piur⁹/ incest⁹/ corruptor monialiū vel coeuntes cū brutis: et his siƚia. Et breuiter intelligas ꝙ quattuor sunt casus de iure epales ꝑut determiat Hēdict⁹. ix. Prim⁹ est occisor clerici ꝑpter qd incurrit irregularitatē. Uñ eps pōt absoluere clericū ab homicidio: sed nō ab irregularitate. Uel potest absoluere clericū a peccato: quia celebrauit in eccl'ia interdicta: sed nō potest absoluere ab irregularitate inde contracta. Secundus. de incendiarijs/ qd tñ itellige anteꝙ sūt publicati. Tertius vbi est indicēda solēnis pnia. Quartus vbi qs incurrit maiorē excōicationē. Idē autē papa declarat qnq3 casus eē epales de cōsuetudine approbatos. Prim⁹ est homicidij voluntarij: Scd's falsarij: Terti⁹ violatoris eccl'iastice libertatis. Quart⁹ violatoris ecclesiastice emunitatis. Quintus sortilegi ꝛ diuinatoꝝ. vt. xxvj. q. j. c. j. Et incipit sua bulla in qua ꝑdicta declarāƚ. Inter cūctas. ꝛ renouata est iteꝝ ꝑ concil'. vienēse. in cle. dudū. ꝺ sepultur'. Ultra aūt hos casus pñt epi reseruare sibi alios. ꝑut videbiƚ eis expedire. Sed vt ois tollaƚ ambiguitas ponā casus tam de iure ꝙ de cōsuetudine ad epm ptinētes. vt sunt isti: homicidium/ sacrilegiū/ incestus/ filiorū oppiⁱsio/ coit⁹ cū moniali. Itē mulier coiēs cū religioso vel sacerdote. Itē vulnerās patrē vel matrē. Item deflorās virginē vi oppressam. Item baptizans ꝑpria filiā sine necessitate vel tenes eā ad cōfirmationē. Item fractor voti simplicis. Item contrahēs votū simplex castitatis. Itē intrās religionem inuita vxore post copulā carnis. Itē hereticā prauitatē tenēs quo ad pctm̄ tm̄. Silr' symoniac⁹ quo ad pctm̄ tm̄: qꝛ irregularitas huiusmodi ptinet ad papam. Itē celebrās corā excōicatꝭ solēnit' in ecclesia q̄ ad pctm̄ tantū: sed q̄ ad

Casus epales de iure sunt qttuor.

Casus epales ꝺ ꝯsuetudine approbati sunt quinq3.

Casus epales tā de iure ꝙ de ꝯsuetudine.

irregularitatē pertinet ad papam. Itē promotus per saltū ad sacros ordies. Item ordinatus ab alieno epō sine licētia proprij. Itē luxuriās in ecclīa ꝯsecrata. Itē coiēs cum iudea vel pagana. Itē concipiens a nō viro suo quē vir credēdo filiū suū cōstituit eū in herēdē in preiudiciū aliorū. Itē ꝓcurās aborsum vel sterilitatē in se vel in alio. Itē ꝯtrahens spōsalia preter matrimoniū cū aliquo marito interposito cōtracto. Itē sciens celebrans in ecclīa interdicta quo ad absolutionē peccati: sed quo ad irregularitatē ad papā. Itē sortilegus/incātator/nigromāticus/experimētator. Itē sciēter excōicatos et manifestos interdictos: vel etiā vsurarios sepeliēs. Itē clandestine matrimonium cōtrahens. Itē blasphemus dei et sctōꝝ. Itē incēdiarius. Itē periurꝰ/sodomita/adulter. Itē fornicās cum filia quā baptizauit vel ad cōfirmationem tenuit: vel audiuit cōfessionē eius. Itē celebrans in altari nō cōsecrato. Item celebrās sine sacris indumētis: vel omittens aliquod indumentorū: vt stolā vel manipulum. Item celebrans nō ieiunus. Horū autem penitentie ponūtur taxate inferius particulariter. Alij vero casus preter istos sunt de auctoritate plebanorum.

De satisfactiōe q̄ est tertia pars penitentie.

Satisfactōis diffinitiōes

Est aūt satisfactio ꝑm btm Tho. su p. iij. dis. xv. q. j. ar. iij. iniurie illate recōpēsatio ꝑm iusticie eq̄litatē vl' quantitatē. Et intellige eq̄litate ꝓportionis et non quātitatis. Similit Ans. in li. Cur deꝰ homo diffinit satisfactionē dicens. Satisfactio est deo debitū ꝓut est honorē impendere. s. ratiōe culpe commisse. Et iste diffinitiōes sūt satisfactionis prout est medicina preteritorū peccatorū et preseruatio futurorū: sed prout est ꝑseruatio a culpa diffinitur sic ꝑm Aug. Satisfactio est causas abscidere peccatorū et eorum suggestionibus aditū non indulgere. ¶ Circa qd̄ sciendum q̄ licz ꝑm Bonauē. vbi supra sine charitate non posset se hō preparare ad habendā charitatem et faciendā satisfactionē. ex quo impossibile est sine ea deo placere: et opera eius acceptari a deo: ideo nec satisfactio sine tali gratia est possibilis.

Pnīa fi nemortali pctō ē ꝯpleda.

Item ꝯsulendū est penitentibus q̄ eorū penitentiā ipsis iniunctā sine mortali peccato compleāt q: al's deus ab eis exigit penam. Nā satisfactio facta in pctō mortali et si soluit penam debitā non tamen meretur grām. vt dicit doctor subtilis vbi supra. q. j. scdo ꝑncipali. ar. iij. ¶ Sed si q̄ras vtrū homo pagens penitentiā in peccato mortali iterū facta confessione de illo pctō mortali debet peragere de nouo vel denuo istā penitentiā iā peractā: vel an reuiuiscat et valere incipiat illa pnīa sic pacta in pctō mortali: ex quo iā post confessionē scdam erit in charitate et grā.

Questō bona.

In hoc sunt doctores diuersi Nā sctūs Tho. prima facie dicit q̄ nō viuificātur nec valent ad satisfactionē illorū pctōꝝ pro quibꝰ agūt: nec etiā ad meritū vite eterne. Dicit tn̄ q̄ satisfactiones ille q̄ relinquunt post se effectum postq̄ actꝰ transit non opꝫ q̄ reiterantur vt ieiuniū dimittit post se debilitationem corporis. Elemosina reliq̄t post se diminutionē substātie. Ille vero que nō relinquūt post se effectū opꝫ vt reiterentur. vt est orō. Ex his ptꝫ q̄ qui ieiunāt pro peccatis existētes in mortali peccato non debent vltra ieiunare vel elemosynā dare. si q̄ orant in peccato

existētes tenenꝭ repetere horas ⁊
supplere eas: ⁊ istā opinionem ap=
probāt doctores. Doctor tñ subti
lis fauorizat pctōrib⁹ dicēs ꝙ qui
vere penitet ⁊ recipit satisfactio=
nem cōdignā ab ecclesia impositā
claue nō errāte ꝙtūcunqꝫ peccet
postea et recidiuet nunꝗ̄ tenebiꝭ
nisi ad illā vnicā satisfactionē ad=
implendā. Et si eam ipleat in cha=
ritate melius est: q: non tm̄ soluit
penā. sed etiā meretur grām. Sed
si impleat penitentiā volūtarie ex
tra charitatē: soluit ꝗdem penam
sed nō meretur gratiā: quia nō est
satisfactio reconsilians neqꝫ pla=
cans. Unde subdit ꝙ si homo ma=
gnā partē satisfactionis adimple=
uit i mortali peccato: et postea ite
rū peniteat de peccato nouo. non
est iterato iponenda penitentia ꝓ
pctō primo de quo satisfecit: licet
extra charitatē: sed tātū de nouis
pctis que fuerunt causa ꝙ ista sa=
tisfactio fuit mortua. Et hanc de=
terminationē sequitur Johannes
parisiēsis ibidē. q. v. dicens ⁊ dās
hui⁹ dicti rationē satꝫ pulchram.
Quia ex quo extra charitatē suf=
ficit satisfactio inuolūtaria ad pe=
nitentiā peccati. multo magis sa=
tisfactio voluntaria debet suffice=
re. Exemplificat ipse. Si alicui of=
fendenti regē offense regis corre=
spondeant precise ꝭm legē manus
abscisio. si isti inuito absideretur
manus satis patitur: et intantum
sufficit regi ꝙ ꝭm iusticiā non de=
bet vlteriorē penā exigere: et tunc
non recipit eum in gratiā vel ami=
citiam. Multo autē magis suffice
ret pro punitione culpe si aliquis
sibi debitā penam infligeret: licet
non esset in gratia vel amicitia il=
lius iudicis offensi. Ex quo sequi=
tur ꝙ si talis propter nouū pecca=
tum dānareꝭ anteꝗ̄ compleuisset
totā penitentiā sibi impositā puni
retur in inferno tēpaliter pena si=
bi correspōdente / que non fuit hic
soluta. ⁊ post temp⁹ aliquod nō pu
nireꝭ amplius tali pena: sicut dici
mus de veniali: q: moriens i venia
li simul cū mortali non puniretur
eternaliter pro veniali: sed tēpora=
liter: pro veniali vero eternaliter.
Hec doctor subtilis. ❡ Sunt aūt
tria opera satisfactoria. s. elemosy
na / ieiuniū / ⁊ oratio. Per ieiuniū
intelligūtur oia carnē affligentia
vt sunt macerationes / afflictiōes /
flagellationes / ⁊ peregrinationes.

Satisfa=
ctoria
opera
sūt tria.

Per elemosynā oia opera miseri=
cordie corporalia. Per oratiōem
omīa opera spūalia misericordie.
Per ieiunia homo reuocaꝭ a con
cupiscētia carnis. per elemosynā
a cōcupiscentia oculorū: ⁊ ꝑ ora=
tionē a superbia vite. Per ieiuni=
um ordinatur homo ad seipsum: ꝑ
elemosynā ad proximū: et per ora=
tionem ad deū. Per ieiuniū fit sa=
tisfactio de bonis corꝑalibus. per
elemosynā de bonis temporalib⁹:
et per orōnem de spūalibus. Licꝫ
aūt singula istorū cū singulis pec=
catis approprieꝭ ꝓpter ꝯuenien=
tiam: tñ quodlibet illorū pro quoli
bet pctō satisfacere pōt ꝭm Tho.
Dicit eni doctor subtilis. q. j. scdo
ꝑncipali. ar. xxx. ꝙ talis correspō=
dentia nec est de ꝯgruo: nec de ne=
cessitate in singulis casibus: sicut
patet in pauperib⁹. Nec pauperi
est congruū nec necessariū iniūge
re aliquod istorū si est insufficiens
ad ea: vt si est pauper qui nutritur
labore: et qua die nō laborat caret
victu: ⁊ si ieiunaret impotēs red=
dereꝭ ad laborē. Nec orōni vacare
pōt labore lassat⁹: vꝉ a fortiori nec
elemosynis: isti iniungendū est / vt
istū laborē subeat in remissionem
peccatorū: intendens illū ad hūc
finē referre: saltem quousqꝫ occur
rat sibi oportunitas aliquā aliā sa
tisfactionē soluēdi. Ex hoc dicto
habes ꝙ homo peccator libenter.

sustinēs defect⁹ temporales ꝛ labores a deo in eum permissos: vel tribulationes satisfacit per illa ꝓ peccatis ex quo eis cōsentit: ꝛ aliter satisfacere vel penitere nō pōt. Ita dicit Tho. vbi supra. dist. xv. q. iiij. ar. ij. Et hoc etiā sepius essꝫ predicandū pauperib⁹ et defectuosis: ne deficerēt ꝛ desperarēt de peccatis vidētes se impotētes ad peragendū penitentiā eius iniunctam. Simil'r diues qui laps⁹ est peccato carnis/ si adeo delicatus est ꝙ non velit ieiunare: nec macerationē carnis subire: vel presumptio est ꝙ si sibi imponeret abijceret eā: ꝛ ita iam nouo peccato peccaret: iudicand⁹ est ad orationem vel elemosynā/ ꝛ imponendū est ei quod libenter accipit: ꝛ quod creditur perseuerantius adimplere: immo si nullā vellet accipere penitentiam ꝛ haberet displicentiā de peccato/ ꝛ firmū propositū nō peccandi vel abstinendi/ non est remittend⁹ vacuus sed absoluendus ne cadat in desperationē: sed intimāda est penitentia ei que est pro peccatis illis imponenda: ꝛ ꝙ eam in se/ vel in equiualēte studeat adimplere: alioquin soluet ad plenū in purgatorio. Hec sentētia satis cōsōat dicto xpi. Matth. xij. ꝛ Esa. xlij. vbi dicit arundinē quassatam non ꝯfringet: ꝛ linum fumigās nō extinguet. Arūdo quassata est peccator quassatus tēptationibus et peccatis: et linū fumigās est linū nimis humidū: tamen habens aliquid de igne charitatis: hoc extinguitur per duriciā sacerdotis: sed cum ad aliqđ minus difficile obligatur/ tunc non extinguitur. Sed dicatur sibi ꝙ oportet eum hic vel ibi penā persoluere: ꝛ ꝙ faciat tantam penitentiā quantā hic debet pro pctis reddere. al's acrior alibi ab eo exigeť. Hec Scotus. Dicit Petrus de tha. di. xv. ꝛ Tho. ibidem. q. iij. ꝙ alter ꝓ altero pōt satisfacere si est in charitate quādo ille cui iniūcta est penitentia eam explere cōmode nō potest: et hoc quantū ad absolutionē debiti: sed quantū ad excisionē causarū peccatorū precedentiū. et inquantum penitētia est medicina ꝓ peccatis vnus nō pōt satisfacere pro altero Dicit tamen Tho. ꝙ nullus debet permittere satisfacere per alium: nisi appareat defect⁹ corporalis vel spiritualis: per quē non sit prōptus ad portandū onus penitētie Dicendū est ergo his q̄ satisfactionem per se alijs imponūt ꝙ si ambo negligentes fuerint ambo puniuntur. vnus pro peccato proprio: alter pro omissa satisfactione ad quam se obligauit.

Pniam agere q̄s ꝓ altero an pōt.

De penitētijs iniungendis ſm canones.

Restat nūc de penitentijs iniūgendis ſm canones taxatis. Circa quod principaliter est videndū ꝙ lꝫ penitentie sint arbitrarie vt diceť infra: tñ in publicis peccatis seruāde sunt taxate p canones. licet debeat haberi respectus ad circūstātias criminis: et ad qualitatē ꝛ quantitatem persone/ dignitatem/ officiū/ paupertatē/ debilitatē ꝛc̄. Ut tamen non ignorem⁹ penitentias taxatas cū tempus incurrerit imponēdas: notande sunt alique regle que canones penitētiales ab alijs appellantur. Prim⁹ canon ꝙ pro quolibet mortali pctō penitentia septē anoꝝ est iniūgēda. vt. xxxiij. q. ij. hoc ipm. ꝛ cap. seq. ꝛ. xxij. q. j. c. predicandū. in glo. ꝛ. lxxxij. dis. pbr̄. Et rō est: q2 sicut per peccatū mortale septiformē grām spūsscti amisim⁹: sic etiā eas p septē annos requiram⁹. Hoc tñ verū est ꝓ publico: ꝛ graui pctō pensatis circū-

Pnia septē annorū ꝓ mortali est iponēda ſm canones.

statijs. ¶ Scd̃o si p̃sbr̄ fuerit pu blicus fornicator decem annis peni teat inclusus saccoindut⁹. tribus mensib⁹ ꝯtinuis a vespa ad vespe ram pane et aqua vtatur/ except̃ dieb⁹ dñicis ⁊ festiuis: quibus an nis expletis põt eũ ep̃s ad pristi nũ reuocare statũ. de quo multũ habet. lxxxij. distin. c. pbr̄. qđ non scripsi ꝓpter tediũ eoꝝum qui in hoc sunt remissi ⁊ poti⁹ ad penam proni. ¶ Terti⁹: sacerdos cogno scens filiã sp̃ualem: scʒ quã bapti ʒauit/ vel ꝯfessiõem audiuit: duo decim annis peniteat. ep̃s ṽo. xv. annis peniteat. Mulier vero si est soluta tradenda est religiõi rebus suis pauperib⁹ erogatis. xxx. q. j. si quis sacerdos. Et sic patʒ vt di cit glo. in ca. p̃dicto ꝙ magis pec cat sacerdos cognoscẽs filiã sp̃ua lem ꝙ̃ alteri⁹ vxorẽ: q: per hoc im ponit p̃nia. xij. annoꝝ. ¶ Quart⁹ si quis ꝯtra naturã peccat. si cleri cus est/ deponit vel ad religionẽ recludit. si laic⁹/ excõmunicatur donec peniteat. Penitẽtia autem sua est septẽ annoꝝ. Et idẽ est pro incestu. xxxij. q. vij. hoc ip̃m. ⁊. c. se quẽti. ¶ Quĩt⁹: sacerdos q̃ iter est clãdestinis nuptijs siue bãnis trib⁹ annis suspẽdit. de clãdestina desp̃õsatione. c. j. ⁊. c. cũ inhibitio. ¶ Sext⁹. si quis votũ simplex vio lauerit. s. q: ꝓmisit in secreto vxo rem nõ ducere/ vel corã aliquib⁹ socijs: et postea duxit. trib⁹ annis peniteat. xxvij. distin. si vir. ¶ Se ptim⁹. si quis excõicatus celebrat trib⁹ annis feria secũda/ quarta/ ⁊ sexta a potu: al's vino ⁊ a carnib⁹ debet abstinere. xj. q. iij. de illis. ¶ Octau⁹. qui aliũ iniuste accu sat ad mortẽ septẽ annis peniteat si vitã ꝑdiderit. Si ṽo membrũ ꝑ tres annos peniteat. vt de accusa tionibus. c. accusasti. ¶ Non⁹. q̃ filiã suã sp̃ualem vel ꝯmatrem co gnoscit. per septẽ annos peniteat. xxx. q. iij. nõ oportet. ¶ Decimus Si quis desp̃õsatã alij duxerit: eã dimittat. et. xl. dieb⁹ in pane ⁊ aq̃ ieiunet: ⁊ peniteat ꝑ. vij. sequẽtes annos. de sp̃õ. duoꝝum. accepisti. ¶ Undecim⁹. qui cognoscit du as cõmatres vel sorores septẽ an nis peniteat. xxx. q. iiij. si pater. ¶ Duodecim⁹. homicida volũta ri⁹ sine spe restitutiõis deponat et septẽ annis peniteat. l. dis. miror. Si est casualis ꝑ quinq; annos pe niteat. l. di. c. si qua. ⁊. c. si qs. ⁊. c. eos. Et hec oĩa itelligas si potuit euadere homicidiũ et non euasit. Nam q̃ se et suas res liberãdo fu res qui capi nõ poterãt occiderit: penitentiã agere non tenet/ nisi vo luerit. Si tñ hoc facit in necessita te euitabili duos annos peniteat. distin. l. de his. licet si esset ieuita bilis in nullo ei ĩputaret. l. distin. quia te: qđ tñ est verꝝ quo ad petm̃ sed q̃ ad cautelã ⁊ innocentiã suã ecclesie ostendendã bonũ est peni tere. ꝺ homicidio. c. ij. §. fi. xxxiiij. q. ij. in lectũ. xxxiij. q. iij. excõica toꝝum. Si qs tñ in stultitia vel in firmitate vł furiositate occidit/ nõ imputatur ei. iij. q. ix. indicas. xv. q. j. aliqs. ⁊. c. illa. ⁊. c. si qs. Si au tem cã discipline sicut magr̄ scho larium incaute occidit imputat ei: ⁊ deponit si est sacerdos. de ho micidio. pbroꝝ. et. xv. q. v. si qs nõ iratus. Sed ⁊ quis ligatũ latronẽ interficit deponit. de homicidio. suscepim⁹. ¶ Tredecim⁹. matrẽ occidẽs decẽ ãnis pẽiteat ꝺm for mã satis asperã que ponit. xxxiij. q. ij. latorẽ. vbi dicit ꝙ primo ãno ecclesiã non intret: sed ante fores ecclesie oret. Post annũ ṽo intret ecclesiã stans inter audiẽtes: ⁊ nõ ꝯmunicet nisi cõpleto termio: ob lationes ei⁹ nõ volũtarie accipiã tur: nisi post septẽ ãnos. Et ꝑ hos decẽ annos non comedat carnes: nec potũ al's vinũ bibat. exceptis

dieb⁹ dñicis τ festiuis dieb⁹ a festo pasche vsq₃ ad festū penthecostes. Et nō vadat alicubi nisi pedester. feria scda/quarta τ sexta ieiunet: sed tñ non separatur ab vxore ꝓpter periculum adulterij. Decimusquartus. Uxoricida oib⁹ diebus qb⁹ penitet non debet vti carnibus: nec potu al's vino/nisi i pascha et natali dñi: in pane et aqua et sale: vigilijs/oratiōib⁹ et elemosinis pniam agat: arma nō sumat: vxorē non ducat: balneo nō vtat: cōuiuiū letātium non intret: in ecclesia post ostiū stet: non cōmunicet in vita/sed in morte tātū. vt patet. xxxiij. q. ij. admonere. Et intellige q̄ maior penitētia est vxoricide q̄ matricide: non q₂ maius est peccatū vxorē occidere q̄ matrē: sed q₂ ꝓniores sunt hoies ad occidēdū vxores q̄ matres: et ideo vt retrahātur grauior eis pena iniūgitur. arg. xxiij. q. j. nō afferam⁹. Decimusquītus. Jugulās volūtarie puer₂ suū dicit Ray. q̄ talis debet in monasteriū induci si non habet alios pueros τ vxorē. grauior ei debet imponi pnia: sc₃ septē annor₂. Cū aūt ex negligētia iugulāt eū parētes: ita q̄ ponūt eū i lectū suū sanū/et postea inueniunt eum mortuū: trib⁹ ānis peniteāt: quor₂ vnus ann⁹ est in pane τ aqua oib⁹ ferijs quartis/sextis et sabbatis. alij duo ieiunādo feriā quartam et sabbatū: s₃ sextā in pane τ aqua. et de his q̄ occidūt filios. c. j. et. ij. Decimussext⁹. Periurus. xl. diebus ieiunādo in pane et aqua per septem annos peniteat. vj. q. j. qui cūq₃. Decimusseptimus. Falsam mensuram habēs. xxx. dieb⁹ peniteat in pane τ aqua. de emptione et vēditione. vt mēsure. Decimusoctauus. Qui deuotā vel monialem cognouit decem annis peniteat: τ ipsa sl'r. xxvij. q. j. c. de filia. et. c. deuotā. Decimusnon⁹. Presbyter cātās missam τ non cōmunicans: anno vno penitere debet: et interim a celebratione misse cessabit. de cōse. dist. ij. relatum. Uigesimus. Sacerdos q̄ laicū mortuū cū palla altaris inuoluit: decē annis τ quiq₃ mensib⁹ peniteat. dyaconus ꝓ triennio et dimidio sue sex mensib⁹ peniteat. de conse. distin. j. nemo. Uigesimusp̄im⁹. Sacrilegus violās ecclesiam septem ānis peniteat. xvij. q. ij. de viro. Et primo anno ante cymiteriū quod violauit consistat secūdo anno ante fores ecclesie. tertio anno in ecclesia. Et per hos tres annos carnes non comedat: et potum al's vinum non bibat/nisi in pascha et in natali dñi: nec cōionem accipiat. In quarto anno cōicabit: et tunc quinto τ sexto vsq₃ ad septimū annū feria scda/quarta τ sexta a carnibus τ a potu abstineat. Uigesimusscds. Parētes frāgētes sponsalia filior₂ per triēnium separent a cōione: τ filij sl'r si in culpa sunt. xxxj. q. iij. si qui parentes. Uigesimustertī⁹. Qui ducit illā ad matrimonium quā prius polluit per adulteriū: quinq₃ annis peniteat. xxxj. q. j. si qua vidua. Uigesimusquartus. Blasphemās debet per septē hebdomadas agere pniam ꝺm formā que traditur de maledicis. c. statuim⁹. Uigesimusquint⁹ Sacerdos denudās cōfessionem alicui⁹ ꝟbo vel facto vel signo τc. de quo infra dicet. et habetur de peni. di. vj. sacerdos. Uigesimussext⁹. Periurus si liber est. xl. diebus per septē annos i pane τ aqua peniteat. Si seruus tribus annis. xxij. q. v. qui compulsus. Uigesimusseptimus. Qui periurat i manus epi per tres annos peniteat. Qui ꝓ i manu cōsecrata vno anno peniteat. Qui vero coacte nesciēs esse tā graue pctm̄ trib⁹ quadragesimis peniteat: hoc est trib⁹

Pnia maior q̄re ipōnit' vxoricide q̄ matricide.

annis quolibet anno quadragita dies.xxij.q.v.qui cōpulsus. Sed qui sciēter iurat vel alium iurare permittit quadraginta dies peniteat ī pane et aqua:et septem sequētes annos.et silr consocij sui.xxij. q.v.si qs peierauerit.et.ca.si quis cōuictus. Uigesimusoctau⁹. Discrepās a cōsuetudine metropolitane ecclesie in horis canonicis:septem mēsib⁹ cōione priuetur si ex contēptu hoc faciat. di.st.xij.c.de his. Uigesimusnonus. Sortileg⁹ quadragita dieb⁹ peniteat.de sortilegijs.ca.j.et.c.ex tuarum. Qui aūt aspicit astrolabium vno peniteat anno.ibidem. Tricesim⁹. Interfector pbri duodecim ānis peniteat.vt.c.ij.de pe.et re. Tricesimusprimus. Incēdēs domū totū dānum restituat:et trib⁹ annis peniteat.co.ti.c.ij.et de iniurijs et dāno dato.ca.si qs domum. Tricesimussecūdus. Cōicans hereticum nesciēter annum peniteat:sciēter quinq3 annis. Permittēs aūt hereticum cātare nesciēter missam/ quadraginta dieb⁹. Si aūt in subuersiōem fidei tāq3 hereticus dānatur:nisi decem annis peniteat. Si qs recesserit ab eccl'ia ad hereticos fugiens.xij.annis peniteat fm formā.xxiiij.q.j.si qs dederit. Tricesimusterti⁹. Qui nescienter cognoscit duas sorores:vel matrē et filiā:vel amicā et neptē/septem annis peniteat. Si sciēter:ppetuo carebit coniugio.xxxiiij.q.vnica. si quis. Tricesimusquartus. Cum bruto coiēs plusq3 septē annis peniteat. Idē pincestu.xxxiij.q.ij. hoc ipm.et.c.seq. Tricesimusquintus. Patronus res eccl'ie dilapidās vno anno peniteat.xvj.q.vij. filius. Tricesimussextus. Qui iurat pacē nō facere cū primo/vno anno peniteat:et ad pacē redeat. xxij.q.iiij.qui sacro. Tricesimusseptimus. Bis baptizat⁹ vel bis cōfirmatus/septem annis peniteat: quartam et sextam feriam in pane et aqua:et cogetur fieri regularis. de cōse.di.iiij.q bis.et.c.dictū est. Sūt plures alij casus q apud nos nō currūt:et ideo de illis nihil posui. Hi aūt intelligēdi sūt de pnia publica/et pro peccato publico.

¶ Circa qd sciendum q licet illa penitentia sit taxata a canonibus p manifestis pctis ita q nullo modo licet aliam imponere vel variare:tn̄ episcopus de his dispensare pōt ex causa rationabili inspectis circūstātijs personarum: vt dicit Leo papa. Penitudinis tēpora constituenda sunt tuo iudicio fm q pspexeris aios cōfitētium esse deuotos.xxvj.q.vij.tēpora.et.ca. hoc sit. Idem dicit Hiero.de pe. dist.j.mensuram. Et ideo dico de occultis pctis que ptinent ad simplices sacerdotes q vbicūq3 inueniant taxatam penitētiam per canones non mutēt eam sine causa: ita tn̄ q non prodāt per eā peccatorem. Fm hoc intellige illd quod cōmuniter dicit:s3 male intelligit q penitētie sunt arbitrarie.de pe. et remis.de⁹ qui.et de sortilegijs. c.ij.glo.ij.vbi dr q penitētie tēp⁹ arbitrarium est: qd intelligit glo. vltra illud qd iam ius taxat. Et si ius taxauit vnum annum penitentie et delictū exigit plus: hoc est ad sacerdotis arbitriū cōcessum. Idem dicit de cle.excō.latores. Et dixi notanter q sine causa non debet per quecūq3 sacerdotē mutari penitētia taxata: qz ex causa pōt bene moderari per simplicem sacerdotem:qui dispēsare pōt contra canones taxātes talem penitētiam. vt de iudicijs.at si clerici.in glo.sup vbo de adulterijs.vt ibidem notāt doctores. Pro isto tn̄ sciendum q hodie multi sumpserunt occasionem erroris ex isto dicto quo dicit:penitētie sunt arbitrarie/ quō itelligitur. Penitētie sūt arbitrarie/ quō itelligitur.

trarie/ et sm arbitrium sacerdotis imponēde. Et ideo p meliori isti⁹ dicti intelligentia/ aduertendum est q sicut dicit sctūs Tho. super iiij. dist. xix. q. iij. ar. iij. Si qs preter modum agētis principalis vti sua potestate presūpserit/ non cōsequitur effectū sm Dionysiū. et ppterea talis ab ordine et officio diuino auerteret: et culpā incurreret. verbi grā. Si minister medici aliter adhiberet medicinā egroto quā precepit medic⁹/ grauiter talis offenderet medicū et etiā egrotum. Et qr penitētie satisfactorie sunt medicine pro pctis infligēde vnde sicut medicine in arte determinate non oib⁹ cōpetūt/ sed variāde sunt sm arbitrium medici: non ppriam volūtatem sequentis/ sed artem medicine: ita pene satisfactorie determinate in canone non cōpetūt oīb⁹/ sed variāde sunt sm arbitrium sacerdotis diuino instictu regulatum. hec Tho. Uide ergo quicūqz iudicas sm caput tuū iniūgendo penitētias non taxatis debitis circūstantijs: qr in magno periculo es: decipiēs te et confitētem/ si arbitraris aliter penitentiā q spūssctūs eam dictauit illi cōfitēti imponēdam. Unde dicit sanctus Thomas. dist. xx. q. ij. art. ij. q qliter cunqz habeat se sacerdos vel diuertat se in officio sacramētorum nichilomin⁹ pctōr pmanet reus ad quātitatem eiusdē pene. et ideo si eā hic non explet/ exiget ab eo in purgatorio. Sacerdos tñ discretus/ vt dicit idem penā imponēs minorem etiā ex industria plus pdest cōfitēti q nocet: quia forte a magnitudine pene posset a penitētia agēda impediri: qr diuinus amor q in eo incipit et paulatī confortatur excitabit eum postea sponte et ppria volūtate ad plura opera misericordie q sacerdos imposuit. Sed circa hoc sit sacerdos caut⁹: vt tūc hoc faciat qñ psumit de cōfitēte vt hoc faciat. Uideat q sacerdos et caute pspiciat q vbi cūqz pēa a iure expssa est nō omittat eā imponere/ nisi necessitas vel alia causa rōnabilis aliud suaderet. Ubi aūt nō est pena iure eam imposita et expssa: ibi arbitrio suo idē statuat sm q viderit expedire: nā ex cā pōt eā aggrauare vel mitigare. vt dicit glo. de pe. di. j. mēsurā. Ad idē facit Archi. l. dist. de his. ¶ Sz forte qreres. Quid si būsq arbitrat⁹ est. et minorē penā iponat q debeat: nūqd ille cōfitēs secur⁹ est: vel an residuū exiget ab eo i purgatorio? Ad qd rñdeo sm glo. iij. de pe. di. j. mensurā. q si est ei⁹ ordinari⁹ iudex siue sacerdos prochialis: et facit hoc aio dispensandi: sufficit illa pnia modica ad delendū pctm. Si aūt p errorē est imposita et tñ ab illo penitēte credebatur perit⁹/ sufficit illa minor pnia ad pctm delēdū: dūmodo penitēs q eā recepit maiorē suscipere est parat⁹ si sibi imponeret. de pe. di. j. quē putet. §. sz q. Si aūt credebat eū imperitū i culpa est penitēs aut cōfitēs: qr peritiorē nō requisiuit. Et hoc est ctra illos q impetrāt lniam cōfitēdi alibi a suis plebanis/ et cōfitent imperitis sacerdotibus vel monachis ad hoc nō electis nec approbatis: et tales se decipiūt. Nā dicit Aug. de pnia. Qui vult cōfiteri pctā sua vt inueniat grām/ qrat sacerdotē scientē ligare et soluere: ne cū negligēs circa se fuit/ negligat ab eo q eū misericorditer monet et petit ne ambo in foueā cadant: qm stult⁹ errare voluit. Et subdit. Qui ergo cōfiteri vult oīno cōfiteat sacerdoti meliori quem inuenire pōt. Audiat aūt vnusqsqz cōfessor taliter qualiter sibi placuerit pniam iponēs qd sibi dicat p pctis. Hiero. et ponūtur hec vba. xxiij. q. j. si afferam⁹. vbi

Nota bonam questionem

Aug⁹.

Hiero⁹.

dicitur. Non afferamus stateras dolosas vbi appēdam⁹ qđ volum⁹ dicentes: hoc graue est/ hoc leue est: sed afferam⁹ diuinā staterā ex scripturis sctis tāq̄ de thesauris dñicis: et i illa qđ sit grau⁹ attendamus. hec Hiero. Ex qb⁹ vbis vides q̄ ille pnie que imponuntur erronee ꝛ aliter q̄ͣ sint imposite in iure dicuntur dolose ꝛ temerarie.

Grego. Hoc est qđ dicit Greg. de pe. dist. v. falsas pnias. vbi dicit. Falsas pnias esse dicim⁹ que non ſm auctoritatem sctoꝝ patrū pro qualitate criminū imponunt. Unde dicit glo. q̄ si certa pena statuit: ꝛ tñ minor imponit/ falsa est pnia: nisi ex causa tēperetur. vt dz. xxvj. q. vij. tempora. vbi dicit Leo papa q̄ tēpora pnie habita moderatiōe cōstituēda sunt iudicio sacerdotꝫ put confessores penitētium aīos perspexerit esse deuotos. Hoc est qđ concludunt doctores finaliter q̄ tūc tātū ex causa scꝫ necessaria pnie eodē modo quo dictū est arbitrarie pōt dici: scꝫ consideratis circūstātijs psonaꝝ/ locoꝝ/ tēpoꝝ/ etatū/ qualitatū criminis et alioꝝ put dz de pe. di. v. cōsideret. Circūstātie aūt ille notātur i illo vsu. Quis qđ. vbi. quib⁹ auxilijs. cur. quō. qñ. Hoc ē dicere q̄ licet pro aliquo crimine a iure taxat penitētia septēnis: si tñ sacerdos videt persona pauperē/ debilē vel nimis senē: vel nimis iuuenē: vel multū nobilē: vel locū in quo moratur/ sicut castrū vel curiā principis non esse aptū ad pniam agēdā sic a iure expressam: vel vidit tēp⁹ nō esse conueniēs pp̄ter nimios labores tūc instātes: in his casib⁹ pōt confessor moderare penitētiam in toto vel parte: put notat i glo. xxiij. q. iiij. si his. Et hoc intellige qñ cōtritū sufficiēter viderit pctōrem.

Grego. Sed diceres. tñ Greg. in omel. dicit. et ponit in. ca. predicto. Si is qui prelatus est dominico debitori culpas impune dimittit/ nō mediocriter pfecto offēdit q̄ debita celestis regis ꝛ dñi sua presūptiōe resoluit. Simil'r. j. glo. xxvj. q. vij. hoc sit positum. dicit q̄ non pōt sacerdos totū dimittere sine aliqua penitētia. Et idem de peni. di. j. c. mēsuram. et. c. si peccatū. et. xxvj. q. vij. tempora. et. xv. q. vij. hi qui. Tu dic q̄ oīa illa loquūtur de illo qui non est contrit⁹ sufficiēter: vel de illo qui pōt agere penitentiam cōmode. Talibus eñi sacerdos ex toto non pōt dimittere: ꝛ grauiter peccaret remittēs: quia sic se oneraret peccatis alienis.

De restitutione ablatorum in satisfactione.

Et quia vt dicit sctūs Tho. restitutio male ablatoꝝ licet nō sit satisfactio nec pars ei⁹/ est tñ preābulū ad satisfactionem: qꝛ non est aliud nisi cessare ab offensa: ideo de ipa aliqua subiūgā. Sciēdum aūt q̄ homo nec deo satisfacere/ nec recōciliare potest qui rem detinet alienam. Ideo ante oīa qui alienum recepit et detinet si vult digne penitere pmo debet oīa illa restituere si potest. Si aūt non pōt sufficit voluntas restituēdi cum tanta restitutione quāta possibilis est ſm conditionem vtriusq̄ ad arbitriū bonoꝝ. Unde nota q̄ si qs aufert alicui famam intētione infamādi eum/ de restitutione fame tenetur ad restitutionem fame: dicēdo se falsum dixisse si falsum dixit. si vero verū dixit ꝛ non seruauit modū fraterne correctiōis: dicat q̄ hoc dixit non intendens eius bonum. Item ablationem virginitatis restituat ad arbitrium bonoꝝ: vel si est pena statuta i ciuitate/ illā soluat. Simuliter ad ablationem mē

bri: vel priuationem vite alicui fiet restitutio secundum consuetudinem vel statutum ciuitatis vel terre. Tenetur etiam satisfacere pueris et vxori interfecti: quia abstulit pueris patrem et vxori maritum qui eos nutriebat. Unde illud damnum inde proueniens debet eis tunc restituere secundum statutum. Et quia vt dicit doctor subtilis.xv. disti.q.iij. Ex quo omnia illa vix aliquis pot recompensare condigne / expediret similiter aie cuiuslibet homicide vt solueret per passionem voluntariam: vt scilicet occideretur pro homicidio. Unde dicit quod oportune prouisum est in multis ciuitatibus vbi est statutum lex talionis in causa homicidij: nec seruatur vt lex mosayca: sed vt euangelica. de qua Mat. xxvj. Omnes qui acceperit gladium gladio peribunt. Item si aliquis alium impedit de prebenda consequenda: si facit aio ledendi ipm / tenetur ad restitutionem. non quantum valebat prebenda: quia nondum eandem fuit consecutus: sed pensatis conditionibus vtriusque ad arbitrium bonorum. Nam si fecit quia indignus erat ille quem impediebat: vel vt de meliori prouideretur / iuste fecit: nec tenetur restituere. Non solum autem qui accipit tenetur sed etiam qui fauet accipienti tenetur ad restitutionem: vt illi qui nouem pctis alienis consentiunt. Nam qui iuuat facere tenetur ad restitutionem totius. Similiter qui consulit facere: ita quod sine eius consilio non fuisset factum totum restituat: alias restituat quantum nocuit per se. Similiter adulator laudans raptorem quare ipse rapit alias non rapturus / tenetur insolidum. i. in toto sicut principalis. Similiter participans in crimine furti vel rapine tenetur insolidum sicut principalis. Similiter participans in re furata vel rapta tenetur restituere eam. et etiam qui eam scienter emit vel recipit. Similiter qui videt furtum fieri et tacet: cum ex officio teneatur reuelare tenetur ad restitutionem: alias non. Similiter qui non prohibet cum tamen teneatur ex officio. Similiter qui scit rem vbi iacet et non vult reuelare: si tamen principalis satisfecit / alij non tenentur secundum Ray. et secundum Tho. ij. ij. q. lxij. art. v. Cum autem spoliati ignorantur / tunc distribuetur res in pios vsus pro pauperibus illius loci vbi rapina est facta: vel pro ecclesijs eiusdem loci. et hoc si non apparet heres suus: quia si apparet / illi fiet restitutio. Si etiam sit absens cui fieri debet restitutio / debet ei transmitti si commode fieri potest. alioquin in loco tuto debet reponi et conseruari pro eo secundum Thomam. vbi supra.

¶ Cautele ex parte confitentis seruande.

Primo caueat confitens ne diuidat confessionem: vtputa dicendo vnam partem pctorum coram vno sacerdote et aliam coram alio: sed integraliter confiteatur oia vni. de peni. dist. v. c. j. Nam alias confessio esset falsa et ficta: et in ea nihil dimittitur. Iuxta illud. Larga dei pietas veniam non dimidiabit. Aut totum aut nihil pciciendo dabit. Si tamen confitens quis coram vno sacerdote non recordabatur aliqua pctam que postea reducens memorie vadit et confitetur coram alio / non est diuisio confessionis: nec oportet vt reiteret confessionem prius factam: sed dicat in generali quod cum alia multa sit confessus hoc fuit oblitus. Ita dicit sanctus Tho. in. iiij. disti. xvij. q. iiij. art. iij. Multi autem indiscreti arguunt alios quod tunc nec isti nec illi confitentur: quod fieri omnino non debet. Nam sic coram pluribus confitentes si faciant eo proposito vt multi plicent eis intercessores et oratores ad deum. aut vt sic coram pluribus confitentes eadem pctam maiorem ruborem ha

[Margin: Confessio debet esse integra.]

Cōfiteri pluribꝰ vtile est.

beant commendabiles sunt. Utile nāq3 est taliter ɔfiteri pluribꝰ propter maiorem verecūdiam habē dam/que est maxima pars satisfa ctionis. Et pōt esse tam frequens cōfessio q etiā tota pena tolleret. Nam dicit sctūs Tho. di. xvij. q. iij. arti. iij. q per absolutionē sacer dotis non solū culpa dimittit/sed etiā de illa pena que ī purgatorio deberet aliqd dimittit vt minꝰ in purgatorio puniat absolutus de cedēs ante satisfactionem q̄ si an te absolutionem decederet: et sic virtute passionis xp̄i sine preiudi cio diuine iusticie de penis singu lorum proportionabiliter aliquid dimittit. Et subdit. Non est incō ueniēs si per frequētem confessio nem etiā tota pena tollat vt pecca tum oīno maneat impunitum pro quo pena xp̄i satisfecit. Hanc san ctus Tho. vbi. s. art. iiij. Utile est etiā sic confiteri pluribꝰ: q2 quili bet confessor tenet orare pro suis cōfessis ⁊ eorū memoriam in missa facere/saltem generalem. Uerū tamen reprehēdēdi sunt cōfitētes qui nūc isti ista pctā postea alteri denouo iterū cōmissa cōfitētur ve recūdantes priorem confessorem pro eo q iterum eadem prius con fessa postea cōmiserint. Unde in ducendi sunt ne hoc faciāt: q2 con fessor nouit eorū fragilitatem/vn de non debet imputare.

Cōfitēs nō plus vel minꝰ q̄ res se habeat ɔfitea͛.

¶ Scd̄o caueat cōfitēs ne mētia tur: ne scil3 plus dicat q̄ res se ha bet/vel minus: q2 ſm sanctum Au gustinum ⁊ sanctū Thomā: si non est peccator/mentiendo fit pctōr. xxij. q. ij. cum humilitatis causa. Et hoc multū arguit illos q cau sa humilitatis de se plus fingunt: vel causa hypocrisis minꝰ dicūt. ¶ Tertio caueat confitens ne ali quid omittat/l3 dubitet illud esse peccatū mortale: sed dicat cōfesso ri totum querēdo an sit pctm̄ mor tale. al's peccaret mortaliter omit tendo in tali dubitatione cōfiteri. ¶ Quarto caueat ne omitat ite rare confessionem si cōfessus fuit sacerdoti qui eū absoluere non po tuit. vel si potuit nesciuit discerne re. vel si cōfessio non fuit integra: vt q2 tacuit aliqd̄ peccatum mor tale. vel neglexit. vel oblitus est sa tisfactionem iniūctā in penitētia. Silr̄ si cōfessus est sine cōtritiōe: puta habendo ꝓpositum in idem peccatum reuertendi. In his eñ casibꝰ tenetur reiterare confessio nem ſm Petrum. Sed an recidi uans tenet confiteri peccata prio ra? Tho. in. iiij. dist. xxij. q. iij. di cit q directe non tenet nec ī gñali nec in speciali: sed bene indirecte: sc3 tā q̄ illud sine quo sciri non po test debitus modꝰ satisfactionis: vñ tenet cōfiteri ⁊ notificare pec cata dimissa quātū sufficit vt scia tur que satisfactio sit ei imponen da. vt si ipe frequēter lapsum car nis passus est ex aliqua occasione ita q occasio per satisfactionē pre scindatur. et silr̄ de alijs peccatis.

Casus in q̄bꝰ cō fessio est reiteran da.

¶ Quinto caueat cōfitēs ne cōfi teatur alieno sacerdoti: hoc est nō ꝓprio: q2 alienus non pōt eū absol uere vel ligare. de pe. et remis. oīs. et de peni. dist. vj. placuit. Licet eñ oēs sacerdotes claues ligandi atq3 soluēdi accipiant ī ordinatio ne sua: non tamen equaliter laxa ta est illa potestas ad quoslibet sa cerdotes. Et illa potestas ita con cessa eis est ligata quātū ad exer citium: ita q non possunt eā exer cere nisi detur eis ptās iurisdictio nis ordinaria vel delegata ab ep̄o vel a sede ap̄lica ſm Joh. and. in ca. oīs. ¶ Potest autem ꝓprius sacerdos quadrupliciter accipi. Uno modo ꝓ eo qui preest parro chie: vt plebanꝰ qui habet potesta tem s3 modo inferiori. Alio modo q preest modo superiori: et sic ep̄i

Cōfessio fieri de bet ꝓpo sacerdo ti.

Sacerdos proprius dr quadrupliciter. scopus est proprius sacerdos omnium hominum sue dyocesis: et immediatus. vt i.c. cum eps. de offi. or. li. vj. et in c. vlt. de offi. archi. fm Host. Uel qui preest modo pricipalissimo vt papa. Nam papa est propri9 sacerdos oim xpianorum et habet plenitudinem ptatis. de auct. et vsu pall. ad honorem. et de fo. cope. c. vlti. et ix. q. iij. cuncta per mundum. Tertio proprius sacerdos dr habens iurisditionem delegatam ab aliquo predictorum vel a legato pape. de offi. leg. c. j. Quarto habens iurisditionem a coi cocessione vel pmissione iuris: et sic proprij sunt illi quos epi et abbates exepti eligunt in cofessores. vt de pe. et re. ne pro dilatione. Sic etiam in articulo mortis quilibet est ppri9 sacerdos illi quem audit, si proprium habere non pot. xxvj. q. vj. si presbyter. et. c. seqnti.

Sacerdos proprius vagabudorum quis dr. Hoc etiam modo vagabudorum hoim est qlibet ppri9 sacerdos ad quem deueniut. Silr proprius sacerdos peregrinorum est ad quecuqz deueniut. Concordat Joh. and. Inno. Hostie. frater Johanes heretic9. Johes de lignano. de pe. et re. ois.

¶ Sciendum tamen circa predicta qp eps pot comittere audientiam cofessionis fratrib9 predicatorib9 vel minorib9 per ipsm electis et probatis: sed illi non habet auctoritatem totalem sicut plebani, nisi eis specialiter comittatur. vt notatur de sepul. dudum. in cle.

Confessi fratrib9 puilegiatis no tenetr iterum cofiteri pprio sacerdoti. Nec confessus talib9 tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti: vt quidam erronee putat: quorum autor fuit Johanes de pollicratis: quem reprobauit Johannes vicesimusse cundus in quadam extrauagati: que incipit Uas electionis.

¶ Sciendum etiam circa predicta qp qs pot cofiteri alteri qz proprio sacerdoti i plurib9 casib9. Primo si subdit9 scit pprium plebanum hereticum: aut sollicitatore ad malum: aut fragile ad peccatum: aut ad reuelandum pronum. et gnaliter vbicuqz cofites pbabiliter timet sibi vel sacerdoti periculum: tuc enim debet cocurrere ad superiorem et petere licentiam alteri cofitedi. hec Tho. in. iiij. dist. xvij.

Cofiteri quis pot alieno sacerdoti in octo casib9. Host. etiam enumerat octo casus. Primus est quando pprius sacerdos est oino indiscret9. de pe. di. vj. c. tertio placuit. Sed i hoc subdit9 debet petere licentiam a sacerdote pprio: quam si non vult dare petat ab epo. Secudus qn parrochian9 transtulit domicilium ad aliam parrochiam. Terti9 qn quis est vagabud9. Quartus qn qs querit domicilium quo se conferat: necdum quietat9 est aut limitatus ad vnum locum. Quintus cum qs deliquit in aliena parrochia et comisit rapinam: tuc enim ibi punit. de rapi. j. ca. Et hoc si est publicum: ita qp pro eo esset excoicatus a prelato ipsi9 loci. Als si esset occultum pot absolui a pprio sacerdote vbicuqz furtum vel rapinam accepit. Sext9 rone studij: vt cum clerici accedut de licentia prelatorum ad studium. Septim9 tpore necessitatis: vt qz infirmat ad morte vel debet intrare bellum vel mare. Octauus si non ponat spem in peritiam pprij sacerdotis. Sed hoc vltimum coiter non tenet. In talib9 enim casibus vbi qs cofitetur alieno debet ei iniugi vt se presentet ppo sacerdoti: nec pprius sacerdos debet ei credere ne diceret se esse absolutum ab aliqua excoicatione: quia tuc non tenet credere sine litteris absolutiois. Ego tn cosulo fm Richar. in. iiij. dis. xvij. q. j. ar. iij. qp sine causa multum necessaria vel legitima non querat qs alium sacerdotem preter pprium: sicut multi cosueuerunt facere dubitates temere de vita pporum sacerdotum: et dicetes qp no cotretur illi inebriato: sz querut alienum ptra statutum eccl'ie.

Prelat⁹ si nō vult dare licētiā qd faciēdū est.

Sed si aliter discretio non pōt haberi: vel prelatus non vult dare licētiam subdito cōfitēdi preter se: qd erit agēdū? Dicit Richardus q in tali casu ꝓpter bonū obediētie facit magis subdit⁹ vtilitatem aīe sue cōfitēdo ꝓprio sacerdoti minus bono: dū tñ sit sufficiēs q̄ confitendo alteri meliori. Et dico de min⁹ bono / non de min⁹ discreto: q2 al's semper querend⁹ esset min⁹ discret⁹ qd non est ve2: sed semper querend⁹ est magis discret⁹ si pōt haberi. Nec excusaẗ subdit⁹ indiscreto plebano confitēs si eū male iudicat: q2 nō teneẗ cecus cecum ducere ne ambo in foueā cadant.

Licētiā se hēre dicenti an sit credēdum.

¶ Et nota q i casu quo qs veniēs de aliena parrochia caueat imperitiam ꝓprij sacerdotis petēs audiri cōfessionē suā per alienū plebanum: dicēs se habere licentiam a ꝓprio sacerdote: nunqd teneẗ ei credere ille quē petit ꝓ audienda cōfessione? Rñdeo q sic ꝓut notauit Ioh. and. in glo. iiij. c. j. de priuilegijs in clemētinis. ꝓ quo allegauit de pe. di. vj. placuit. q2 non est immemo2 presumēd⁹ sue salutis. j. q. vij. c. sancim⁹. et de homicidio. significasti. Pōt aūt hāc licētiam parrochialis dare etiā si nondum habet ordinem sacerdotij aut ei⁹ vicari⁹ vices suas gerēs: vt dicit Iohā. and. in quinta glo. ibidem.

¶ De cautelis seruandis ex parte cōfessoris.

Sacerdos non pōt aliquē ad cautelā absoluere in casibus epō reseruatis.

PRimo caueat confessor ne suū parrochianum habētem casum epī nōdū expeditū in quo ipe non pōt dispēsare aliquo modo audeat absoluere ad cautelā. Sicut stulti quidā cōsueuerūt facere: qui nō cōfessores sed deceptores poti⁹ appellādi sunt z cōfusores: q cū non possunt absoluere in casib⁹ epī dicunt parrochiano. Ecce ego te absoluo ab isto peccato ad cautelam vt possis istis dieb⁹ cōicare / ne de te scādalum oriatur si non cōicares isto festo pasche. Tu aūt post ista festa accedēs auctoritatē epī cōfiteberis de isto peccato. O non sic impie nō sic: ne decipias te z ipm. Sic enī facias z dicas. O bone fili / ego non habeo i isto casu auctoritatem: q̄ accedas statim ad epm vel ei⁹ auctoritatem habētem: nec te prius ꝓcures sacro eucharistie nisi fueris absolut⁹. Si enī nō posses accedere episcopū ante ista festa nullo modo accedas. Et si aliqui de te suspicabuntur dicentes. Iste non gratis non cōmunicauit istis festis. vel si a te querat vicin⁹ tuus quare non es cōmunicatus i isto festo: dicas q hoc feci de cōsilio sacerdotis mei vel cōfessoris: vel q2 habeo graues inimicitias cū hostib⁹ quibusdā quos nōdum euasi. Et verum dicit: q2 habet inimicitias cū diabolo: z ei⁹ laqueos disrūpere z ipm expugnare de corde suo: nec in hoc mētitur. Non tamen dicat in hoc: habeo inimicitias cū quibusdā hoīb⁹ sed cū quibusdam hostib⁹: nisi etiā haberet inimicitias cū hoīb⁹.

Sacerdos qd faciet si casū epi in cōfitēte inuenerit.

Sacerdos aūt hoc casu quādo subdit⁹ confitetur sibi totaliter inueniēs casu3 episcopi inter alios audacter absoluat ab illis et iniūgat penitētiā pro illis q̄ sunt de auctoritate sua: casum vero reseruatum remittat ad epm. Non sicut quidam faciūt qui postq̄ audiūt in cōfessione casum epī statim dicunt confitenti. Vade non habeo tecū q̄cq̄ disponere nisi accedas ad epm. Et tales exponunt personas hmōi magno periculo: q2 sepe cōtingit q tales obliti fuerunt de pctīs prius confessis.

Sacerdos qd faciet si

Verūtamen si sacerdos inuenit cōfitentem excōmunicatum a iure vel ab hoīe. vel si forte

nota sacerdos qd facere oportet quando nō habet clauem absoluendi

cōfitētē excōicatum ab hoīe vel a iurē repperit.

dicat confitēs. Bone pater ego semel percussi clericū ordinatū extra. vel sum in excōicatiōe maiori: tunc statim sacerdos non audiat eius confessionē: nec absoluat eū ab aliquo etiā minimo peccato. do nec fuerit p superiorē a sententia excōicatiōis absolut⁹. ꝛ se docuerit p litteras absolutū sm Tho. in iiij. d. xviij. ¶ Scdo caueat sacerdos ne aliquo modo reuelet vł ꝓdat confessionem signo nutu vel facto: sꝫ oīno debet celare exteri⁹ sicut deus tegit interi⁹. Per hoc enim vt dicit Tho. in. iiij. dis. xxj. homines magis attrahātur ꝛ simplici⁹ confitent. Si autē periculū immineret. ꝛ hoc solū sciret p confessionē: vt q: scit aliquē hereticū similiter scit incēdiariū. nō ꝓpter hoc d3 reuelare eos: sed poti⁹ monere debet tales vt desistāt. ꝛ prelato dicere ꝙ vigilet super gregē sine omni reuelatione cōfessionis. Si etiā sacerdos cōpelleretur ad dicendū per episcopū talis bñ potest dicere. Reuerende pater ego nihil scio intelligendo vt homo: q: scit vt de⁹. Non solū autē caueat reuelare illa que cadūt sub confessione sacramētali. vt pctā: sed etiā alia gesta ꝛ facta p que posset qs deprehēdi pctōr: imo etiam illa q̄ oīno nō pertinent ad cōfessionem. Et idē dico si aliqua dicūt alicui non p modū confessionis: q: forte nō sit absolutio: nec penitētie iniūctio: sed tamē fit sub specie confessionis. Nam in tali casu licet non claudat tale dictū sigillo cōfessionis sm Tho. in cōpendio: tamē talia oīno sunt seruāda ex honestate ac si in ɔfessione suscepta fuissent sm Tho. in. iiij. distin. xxj. si autē sacerdos scit peccatū preter ɔfessionem potest illud dicere: sed non debet dicere ꝙ sciat hoc ex cōfessione: ꝛ nihilomin⁹ debet abstinere ab hoc quātum potest ꝓpꝛ pro-

Confessor ɔfessionē celare d3 exterius sicut de⁹ interi⁹.

nitatis cōsuetudinē. Nā sacerdos peccata reuelās que scit extra cōfessionē: ꝛ sepi⁹ hoc faciens assuescit ex hoc postea etiā reuelare ea que sunt in cōfessione sibi dicta: nō habeat linguā refrenatā dētibus ꝓpter penā depositionis et retrusionis in arctū monasteriū ad agēdam penitentiam de pe. ꝛ re. oīs. ꝛ de pe. distinc. vj. sacerdos. Qñ ꝗ vis secur⁹ esse cū op⁹ habes de aliquo peccato tibi cōfesso reqre doctiorē aliquē sup cōsilio dando. nō dicas sic. Ecce qdā ꝑsona est mihi confessa de ciuitate vel villa de hoc qd cōsulitis cū ea facere: sed poti⁹ dimittas vt ipsa sola cōsulat vel querat auctoritatē. Nō si forte veref. dicas sic. Ecce quidā casus accidit sub hac forma vel puenit ad me casus talis. qd cōsulitis sup eo. Et licet esset de licentia cōfitentis ꝙ possit reuelari. vt dicit Tho. vbi supra. hoc tñ fiat sine scādalo ꝛ abstineat ab hoc sacerdos q̄to magis pōt vbi scādalū timeƚ. Ille etiā cui reuelaƚ de licētia cōfitētis teneƚ illud seruare ꝛ celare sicut cōfessor ꝑncipalis: nisi dareƚ sibi licētia a cōfitente ꝙ ille absolute ac libere faciat ac si esset publice factum. Caueat autē confessor ne sic reuelando de licentia ɔfitentis dicat narrando. dictū est mihi in confessione hoc: q: in nullo casu debet nec potest hoc facere q̄tūcunqꝫ haberet licentiam a cōfitente: q: ista sola ṽba includunt pctm̄ mortale: q: includūt reuelationē hui⁹ vt cogniti eo modo quo nō licet reuelare. sm Scotū. Dicit tñ subtilis doctor in. iiij. dis. xxj. q. ij. ꝙ ad celationē pctī in confessione detecti teneƚ hō de lege nature. Iuxta illud. Non facias alijs ꝛc. Math. vij. Quia qsqꝫ teneƚ ɔseruare famā alteri sicut⁹ ꝓpriā. similiter fidelitatē d3 seruare quā pene vult sibi seruari. Item de lege po-

Pena sacerdotis ɔfessionē reuelātis.

Cōfitēs dans licentiam ɔfessori reuelandi cōfessionē an pōt reuelare eam

sitiua que est. De pfessione aliquis nullus te tradere debet. Talis etiam dat occasionē ficte cōfitendi.

Sacerdos an cōfessionē mulieris cū q̄ peccauit audire pōt.

¶ Tertio caueat sacerdos ne audiat mulierē illā cū qua peccauit: scilicet pcubinā: vel adulterā suā. Nā licet ḃm dn̄m archid. xxx. q. j. in. c. oēs. sup glo. ij. talis sacerdos pōt tali mulieri iniūgere pniam cū sit parrochiana eius ḃm Hugonē q̄ hoc notat. iij. q. vij. c. vlti. Quicquid tñ est de hoc. ego video aliud scꝫ q̄ clerici nō debēt suis cōcubinis pniam iniūgere: sed magis eas inducāt vt ab alijs pniam accipiant. vt in glo. xxxiij. q. ij. placuit. Et hoc totū est pp̄ter honestatem ḃm Bartholomeū brixieñ. et pp̄ ordinē ḃm Hugo. Quantū tñ est de iuris rigore si pbr̄ dat penitentiam cōcubine sue pro delicto cōmisso valebit penitētia ḃm Archi. q̄ ita notat. xxxiij. q. ij. vbi hoc idē sentit Laurenti⁹ polon⁹ dicēs cū glo. xxx. q. j. oēs. q̄ pbr̄ orietalis sicut rutenus vel grecus non audit peccata sue vxoris: q: nec ipa libere confitetur si adulteriū cōmisit. Ergo in oībus istis melius est psonas huiusmodi remittere ad superiores. Et ego miror de tātis in hoc magnā difficultatē facientib⁹ an pbr̄ possit audire sue cōcubine cōfessionē. Ego autē video q̄ iste casus est epālis vt dictū est supra de casibus epālibus.

Sacerdos grecus non dꝫ audire pfessionē vxoris sue.

Sacerdos i crimie existens an peccat audiēdo confessiones.

¶ Quarto caueat sacerdos ne existens in crimine audiat cōfessiones aliorū. nam talis grauiter peccat. nā sacerdos bene docēdo populū ⁊ male viuēdo instruit deum quō eum debeat condēnare. xl. di. c. multi. ⁊ de pe. distin. vj. q̄ vult. ver. sacerdos. vbi dicit Augu. Sacerdos cui oīs offert peccator: āte quē statuit oīs languor: in nullo eoꝝ sit iudicand⁹. que in alio est iudicare p̄pt⁹ vbi dicit glo. q̄ peccat sacerdos in crimine iniūgens pniam et verū est. vt. iij. q. vij. Itē in euāgelio vbi dicit glo. q̄ si in necessitate suus parrochianus petat ab eo pniam confiteatur ipse sacerdos et stati iniūgere potest. vt dicit glo. Quando ergo tu simplex sicut ⁊ ego leg; auctoritates q̄ non soli sancti existentes soluūt pctōres: sed etiam mali q̄nq3 iudicabāt aliorū excessus et peccata sicut saul cum a dn̄o esset reprobat⁹ populū dei iudicabat. et ei⁹ iudiciū vniuersus populus expectabat. Item dauid cū esset adulter ⁊ homicida interrogat⁹ a pp̄heta sentētiam in diuitē dedit qui ouē pauperꝫ rapuit dicēs. Filius mortis est vir q̄ fecit hoc. ij. Regū. xij. Itē salomon cū amore muliercularū deos gētilium coleret. tñ vniuersa plebs israelitica ad eius iudiciū cōfluebat. Sic et achab q̄uis coleret baal. tñ decē trib⁹ iudicabat. iij. Regū. xxij. Nō te decipias quisq3 ista legēs: quia nihilomin⁹ grauiter peccas licet absolutio quā facis i subditos teneat apud deum q̄tum ex officio non ex iuris merito: quia vtiq3 melī⁹ faceres si ex vtroq3 absolueres: quia et tibi meriti gratiā mereris: et confitenti veniam adaugeres.

¶ Quinto caueat sacerdos ne audiat sacerdotē sine licētia speciali vel generali epīscopi sui: nisi epūs sciret vel approbaret tacite vel expresse. Et hoc est ꝯtra multos plebanos quoꝝ vnusq̄sq3 audit aliū ⁊ presertim in casib⁹ fornicationū qui sunt epāles vt multotiens clamaui ⁊ adhuc clamo more lupi in celum et terram q̄ isti decipiūt se.

¶ Sexto caueat ꝯfessor ne ꝯfitentem qui nō vult vel nō pōt sufferre onus penitētie remittat a se vacuum. Caueat etiā ne exigat iuramentū a cōfitente de peccato illo. de quo cōfessus est ampli⁹ non faciendi neq3 cōmittēdi. hoc eni reprobat. xj. q. iij. vbi glo. ij. dicit q̄

ab hereticis reuertentibꝰ: ⁊ ab incẽdiarijs vel in horrẽdis criminibus siᷓlibus tãtũ iuramentũ exigetur vt iuret confitens de cetero se nunꝙ simile cõmissurũ. Et expsse ꝓhibet glo. ibidẽ hoc nõ fieri in q̄libet pctõ mortali. Ego tñ cõperi quosdã sciolos apud se a mulieribus ꝯiugatis extorsisse iuramẽta sup fornicationẽ de cetero non faciendã: q̄ntum periculi sit q̄libꝫ aduertere põt. Qñ ergo venit ad te hõ q non vult subire onus pnie: dicas sibi iuxta tenorẽ ca. q̄ dẽ. de pe. et re. Qñ si ꝯfitetur sed se dicit abstinere non posse nihilominꝰ eiꝰ confessionem audias ⁊ dicas ei ꝙ non est ṽa penitẽtia: talis ꝙ dispõnat se q̄nto citius potest ad ꝓpositum abstinendi a peccatis hmõi.

Cõfitẽs dicẽs se nõ posse abstiere audiendus est.

Cũ autem habet ꝓpositum abstinendi a pctis: sed non vult subire onus pnie tam magnum sicut sua pctã reqrũt. dicẽdũ ẽ ei. Charissime fili tu debuisti pro istis pctis pniam agere tantã vel tantã. sed ex quo non vis sufferre eã scias ꝙ exiget a te in purgatorio: et nihilominus ex q̄ habes ꝯtritionẽ ego te absoluã. In hoc eni casu meliꝰ est de mia facere ratiõem q̄ de iusticia. si tñ esset suspectꝰ aliquis de q̄ presumit ꝙ non faciat ꝙ ei pcipit dicẽdũ est ei ꝙ si nõ facias hoc puto ꝙ nõ restituat talẽ rẽ de q̄ ꝯfitetur ꝙ carebit fructu ꝯfessiõis. Et iste est modꝰ optimus ⁊ securus.

De pẽitẽtijs ifirmoꝝ et decedentiũ de hac vita.

Habitꝭ cautelis modis et dispositiõibus penitentiũ in bona sanitate. Uidendũ est de penitẽtijs ifirmoꝝ et decedentiũ de hac vita. Est igit sciẽdũ ꝙ sacerdos circa quẽlibet moriturũ pmo ad eũ veniẽs ita querat fm consilium Anselmi dicens. Charissime fili habes ne forte intentionẽ abstinẽdi a pctis si supuixeris ⁊ de eis satisfaciendi. Et ille dicat ꝙ sic. Item letaris ꝙ in fide xpiana decedis. et ille respõdeat. Etiã. Itẽ fateris te nõ ita bñ vixisse sicut debuisses. rñdeat fateor. Itẽ credis ꝙ ꝓpter te est mortuꝰ filiꝰ dei viuꝰ iesus xps. Rñdeat et. Itẽ credis resurrectionẽ mortuorum. rñdeat etiã. Tũc hortare infirmũ dicens. Age ḡ pniam dũ est aia in te habẽdo verã cõtritionẽ ⁊ in morte xpi verã fiduciã cõstitue. huic morti te totũ committe. hac morte te totũ ꝓtege ⁊ inuolue. Et cũ dñs deꝰ tuꝰ voluerit te iudicare. i. iuxta pctã tua. dic. dñe mortẽ dñi nrĩ iesu xpi obijcio iter me ⁊ iudiciũ tuũ. aliť tecũ nõ ꝯtẽdo. Si dixerit deꝰ ꝙ mereris dãnationẽ. dic. attẽdo crucẽ dñi nrĩ Iesu xpi nulla merita mea: ipsiusq̄ meritũ offero ꝓ merito meo. modo qd ego hr̃e debuissem nõ hẽo. Istis sic habitꝭ audiat eiꝰ ꝯfessionẽ. q cũ ꝯfessus fuerit nõ ẽ ei iponẽda q̄ntitas pnie: sed innotescẽda. xxvj. q. vij. ab ifirmis/ q postq̄ ꝯualuerit illã pniam seruare debebit. Dicat ḡ ei confessor. Bõe fili/ ecce tu ꝓ istis pctis tm̃ deberes pati si supuiueres. vñ ex quo iã nõ potes satisfacere pro eis in p̄senti vita doleas saltem q̄ntũ potes. roga tamẽ amicos ad faciendũ pro te oratiões et elemosynas. si aũt conualueris accedas iterũ ad me ⁊ ego iniũgã tibi pniam salutarem. Quare aũt innotescẽda ẽ pnia taliter decedẽti. Archidia. in dicto. c. ab infirmis. dicit ꝙ ꝓpť duo scꝫ vt sciãt amici quã recõpẽsationẽ facere debeãt et vt iste sciat q̄lr penitere debeat si supuixerit. Et idem ponit verba q̄lr tales sunt ãmonendi dicẽs. Talia pctã q̄lia tu perpetrasti tot annoꝝ a nobis pniam accipiũt: sꝫ te interim q̄usq̄ euaseris forte ex-

Cõsiliũ Anselmi circa infirmos habẽdũ.

Pnia in firmo est înotescẽda/ nõ iniũgenda

pectamus: vt tunc tibi congruam penitentiã imponã. si aũt dñs noster vite terminũ tibi dare voluerit per auctoritatẽ Petri ⁊ Pauli pñcipis cui date sunt claues regni celorũ absoluo te a pctis tuis predictis: ⁊ sacrificia et pces/ necnõ elemosinas et ieiunia: necnõ et cetera opera pietatis que pro te fiant tibi profutura in redẽptionem anime iudico ⁊c̃.

Quõ sacerdos se habere debeat erga infirmos.

Vt aũt practicã habeat sacerdos circa pdicta sic procedat. veniens ad infirmũ premissis istis interrogationibus supradictis / audita cõfessiõe nõ iniungendo: sed innotescẽdo penitentiã eo modo quo supradictũ est sic eum absoluat.

Absolutionis forma morientibus impẽdẽda.

Misereat tui deus oĩpotens ⁊ dimittat tibi peccata tua ⁊ perducat te in vitã eternã. Dñs noster iesus xp̃s te absoluat ab oĩbus pctis tuis que cõmisisti cogitatiõe: locutiõe: opere et omissiõe: et auctoritate dñi nostri iesu christi qua fungor in hac parte ego te absoluo ab oĩb⁹ sentẽtijs excõicationis minoris et maioris ab hoĩe vel a canone in te latis: et ab oĩbus peccatis tuis deo ⁊ mihi cõtritis et cõfessis aut oblitis ⁊ restituo te in gremiũ sancte matris ecclesie ⁊ participatione sacramẽtorũ. In noĩe pa. ⁊ fi. et. s. s. amen.

Si vero decedẽs habet bullã papalẽ a pena et a culpa in agone tãtũ/ tũc obseruet̃ forma bulle ⁊ absoluatur sic. Et primo tã in isto casuq̃ in oĩbus supradictis promittat decedẽs satisfactionẽ oĩb⁹ quibus tenetur: vel a quib⁹ illicite aliquid recepit ꝑ vsuras vel alit̃ iniuste. Et hoc faciat ꝑ se si supraui̇xerit infra certũ tp̃s sibi assignandũ: vel ꝑ suos heredes quos tũc obliget: et tũc deinde absoluat̃ pmittendo sicut pri⁹.

Absolutiõis forma vigore bulle aplice.

Misereat̃ tui oĩps ⁊c̃. ⁊ auctoritate dñi nr̃i iesu christi et sanctorũ Petri ⁊ Pauli. ⁊ auctoritate dñi. N. pape mihi in hac pte vigore grẽ tibi facte cõmissa. ego te absoluo ab oĩbus sententijs excõicatiõis maioris vel minoris ab hoĩe vel a canone in te latis. Cõcedoq̃ tibi oĩm peccatorũ tuorũ de quib⁹ cõtrit⁹ es ⁊ cõfessus plenã remissionẽ. In noĩe pa. ⁊ fi. et. s. s.

¶ Circa pdicta tñ est sciendũ q̄ q̄libet sacerdos simplex in mortis articulo habet plenã auctoritatẽ absoluendi decedentẽ ab oĩb⁹ excõicatiõibus ⁊ pctis. Suata tñ forma eccl̃ie.

Excõicat⁹ in mortis articlo a q̄cũq̃ absolui pt ⁊ sepeliri in cymiterio.

Vñ q̃tũcunq̃ vnus sit excõicatus a iure vel ab hoĩe: dũmõ fuerit in forma eccl̃ie absolut⁹ sepeliet̃ i cymiterio: nisi ius sibi specialiter denegasset sepulturã et inhibuisset. vt pꝫ de torneamẽtis. ꝑ totũ: et sic de alijs. Forma aũt ecclesie circa istos seruanda est hec. Primo si est excõicat⁹ ꝑ ꝯtumaciã promittat stare ⁊ parere iuri. si autẽ est excõicat⁹ ꝓ debito ꝓmittat q̄ q̃cito ꝯualeat satisfaciat creditori: siue sint vsure: siue rapine: siue spolia: siue quodcũq̃ aliud debitũ Qd̓ si contigerit eũ decedere/ tũc ponat heredes suos vl̓ alios habẽtes ibi bonos fideiussores suos q̄ ꝓ ipso satisfaciãt cũ effectu. ⁊ hoc ipi fideiussores debẽt facere et ꝓmittere anq̃ absoluet̃. Dicendũ ẽ etiã ei q̄ si supuixerit infra tp̃s sibi assignatũ postq̃ ꝯualuerit nõ satisfecerit reicidit i sniam eãdẽ excõicationis. vt pꝫ in. c. eos qui de sen. ex. li. vj. Si autẽ eẽt pauꝑ qui non posset facere vel hr̃e fideiussores/ saltim ꝓmittat q̄ postq̃ ad piguiorẽ fortunã veniet vult satisfacere: ⁊ sufficit. de solutõib⁹. odoard⁹. Oĩb⁹ ãt pmissis sacerdos corã testib⁹ pt eũ sepelire i cymiterio vl̓ i eccl̃ia eo mõ q̄ dcm̃ ẽ sup. Vñ sic-

dicit Grego.papa.ix.c.vlti.de se- pul. Cuilibet curato. Parrochia- no tuo qui excõmunicatus est pro manifestis excessibus. videlicet p homicidio incendio violenta ma nuum iniectione in psonas eccl'ia- sticas vel eccl'iarũ violatione vel incestu: dũ ageret in extremis per pbrm suum iuxta formã ecclesie absolutus. non debet cymiteriũ z alia eccl'iastica suffragia denega- ri: sed eius heredes z ppinqui ad quos bona puenerunt ipsi⁹. vt pro eodẽ satisfaciãt cẽsura eccl'iastica sunt cõpellendi. Hec ibi. Et quia multi dubitãt vtrũ taliter absolu- ti in agone postea debẽt absolui p iudicẽ superiorẽ ex quo fuerũt ex cõmunicati. Est sciẽdũ q si pdicti infirmi cõualescũt et faciunt ea q̃ eis iniungũtur non debent vlteri⁹ querere vlteriorẽ absolutionẽ ab aliquo iudice a quo fuerũt excõi- cati: sed contẽti erunt absolutione simplicis sacerdotis p quẽ fuerũt in agone absoluti. al's enĩ ad quid valet illa forma circa eos obserua ta. Illa enĩ absolutio circa eos fa- cta dũ tradebat in agone. licz non decesserit est valida in tantũ ac si per illum iudicẽ p quẽ fuerũt ex- cõmunicati fuisset facta: q: in tali articulo q̃libet sacerdos est papa de pe. di. j. quem penitet. et de sen. excõ. non dubites. et eo. ti. eos q. lib. vj. Sciat aũt sacerdos q̃ absol uit vsurariũ vel raptorẽ: vel incen- diariũ/ sacrilegũ/ homicidã/ pcus- sorẽ clerici/ vel sileṁ in agone sine forma supradicta puta non acce- pta ab eo pmissiõe vl' cautiõe fide iussoria sufficienti q ipse solus sol- uat illos quos negociũ tangit. Te netur enĩ ex quo non satisfecit for- me statute ab eccl'ia z illis subtra- xit. psonam cõtra quã restabat eis actio. Ad hoc facit clem. eos q. de sepul. in fine. nec puta ipm absolu- tũ fuisse quo ad actionẽ: q: eccle- sia non habebit eũ p absoluto: nisi al's sacerdos satisfaceret p eo.

Excõi- cati in a- gone so- luti an postea debẽt p supiorẽ absolui.

Regule q̃b⁹ pctã morta lia atq3 venialia sunt co- gnocenda.

Expedit: modo z pgruis q̃b⁹ se pfessores circa audiẽdas pfessiões re gere debẽt. vtile iudi- caui pfessorib⁹ occa- sionẽ dare aliquã cogscẽdi z si nõ certitudinal'r piecturatiue tñ pec cata mortalia z vẽialia. Pro quo pmo est sciẽdũ q pctm mortale sic diffinit: est pmissio siue omissio vo luntaria recte rõni contraria rõne cui⁹ et de pse pdit gratia. Unẽ ex hoc nõ plus accipe nisi q peccatũ mortale est cõuersio inordinata p delectationẽ ad creaturam supra deũ vel equal'r cum deo. Ueniale autẽ fit p delectationẽ in creatu- ra citra deũ vel sub deo. Et dicit mortale q̃si magis dignũ morte: q: infert mortem culpe: z aufert vi- tam gr̃e. Ueniale autẽ: q: venia di gnum. Et cõmittit veniale ex ipo- tentia z inaduertẽtia z ignorãtia. Et cũ nullũ istorũ pcedat ex ma- lo pposito siue malicia. q̃ dicitur venia dignũ. Ponã igit aliq̃s re- gulas de notitia pctorũ mortaliũ. ¶ Prima est q̃ncunq3 homo pre- fert creaturã creatori. vtputa ma gis ei intẽdendo. sibi plus creden- do. de ipsa plus pfitẽdo q̃ de deo/ aut ei maiorem honorẽ exhibẽdo q̃ deo. sit'r ei plus placẽdo q̃ deo. et mãdatis eius prompti⁹ obediẽ do: aut ei subijciendo: aut diffici- liora pro ea q̃ p deo sustinẽdo pl⁹ in ea q̃ in deo delectando/ aut p ea diuina mãdata trãsgrediendo/ aut in ea sufficientiã suã ponẽdo/ tũc semp presumit mortale pctm. Ex hoc collige q̃ notabile dictum q q̃n amor vel affectio ad creatu- ram siue ad se/ siue ad aliũ tãtum

Pecca- ti morta lis diffi- nitio.

Regule quibq3 ad pctã mor talia co- gnoscen- da.

crescit in hoie vel est tã magna ꝙ in ea ꝯstituit vltim⁹ finis. sic ꝙ aliquis nec actu nec habitu ordinat illam creaturã nec ei⁹ dilectionẽ: aut etiã seipm̃ ꝑm deũ: sed vellet cũ tali creatura contẽtari: ꝛ nõ curat deũ offendere / aut ꝓcepta ei⁹ transgredi ꝓpter illã creaturã. vł nõ curaret de beatitudine dũmõ posset hic manere cũ tłi creatura. oĩa ista sunt mortalia: quia includunt ꝯtẽptũ dei: lꝫ non formalem tñ interpretatiuũ: ꝛ est fruitio creature q̃ preponit deo. Hoc est ꝯtra illos curienses: q̃ amore amasiarũ suarũ debachati dicunt. O si tecũ possem imppetuũ manere nõ curarẽ si de⁹ in celo resideret et me hic tecũ dimitteret. O miser oĩm miserorũ ĩfelicissime: q̃ nõ gustasti q̃ suauis ẽ dñs sperãtib⁹ in se: ꝛ quãta ꝓparauit diligẽtibus se. Si tñ aliqs diligit creaturã plus q̃ debet: sed tñ ꝓpter hoc deũ nollet offendere: aut eius amicitiã ꝑdere: nec trãsgredi ei⁹ preceptũ aut eũ ꝓpter hoc deserere tũc non oꝑtet ꝙ sit mortale. ¶ Scða regula qñ aliqđ ꝯmittit ꝯtra dilectionẽ dei vel ꝓximi notabiliter tũc est mortale. Illud aũt est contra dilectionem dei ꝑ qđ violat amicitia iter deũ et hominẽ: vt cũ fit aliqđ ꝯtra eius ꝓhibitionẽ vel qđ sibi displicet. Illud ṽo fit ꝯtra dilectionẽ ꝓximi qđ hõ facit ꝓximo: et tñ sibi nollet hoc fieri iuxta illud. Nõ facias alijs ꝛc̃. et qđ tibi rõnabiliter ꝛ ex debito vis fieri ꝛc̃. Et põt ẽt attendi penes scandalũ actiuum qđ ego infero ꝓximo meo ꝑ mala exẽpla. Sꝫ q̃tũ iportat ꝯtra dilectionẽ vel q̃tum sit illud scãdalũ ad hoc ꝙ sit mortale non ꝑcise determinatũ est: q꞉ in modico facere cõtra ꝓximũ aut in paruo scãdalizare nõ est mortale. v. ĩ qlibet attẽdat seipm̃ qđ sibi vellet fieri: et qđ sibi nollet fieri: ꝛ ꝑ qđ factũ ꝛ non factũ inter se ꝛ ꝓximũ amicitiam quã simul habẽt solueret. ¶ Tertia regula qñ aliqs ꝯmittit vel obmittit ꝯtra ꝓceptũ dei vel ecclesie vel legis nature vel supioꝝ. Et ꝑsertim si sũt ꝓcepta de necessitate salutꝭ: vel facit ꝯ votũ publicũ: vł ꝯtra iuramentũ licitũ tale est mortale. ¶ Quarta regula qñ aliqđ fit vel omittit contra ꝯscientiã vere vel false dictantẽ aliqđ esse mortale: vel ꝯtra ꝯscientiã formidantem ꝓbabiliter ꝛ dubitatiue an sit mortale: si ꝯscientia non sit sufficiẽter instructa. ¶ Quita regula est de actib⁹ intus manentib⁹. quãdo quidẽ quis hꝫ solã cogitationẽ de aliquo q̃tũcunq̃ turpẽ vel malã absq̃ tñ ꝯplacẽtia seu delectatiõe vel ꝯsensu: tũc nunq̃ est pctm̃ mortale: sed vel veniale vel nullũ. Qñ ṽo est ꝯsensus in actũ: q̃ esset peccatũ mortale: tũc semp est mortale: q꞉ de⁹ voluntatẽ ꝓ facto acceptat. Quãdo aũt cũ cogitatione aut cõplacẽtia est delectatio morosa in aliqđ turpe: ꝛ spẽliter in libidinosis: tũc ẽ mortale ꝑm dictũ Augu. esto ꝙ nõ sit ꝯsensus ĩ actũ sed ĩ solã morosam delectationẽ. ꝛ hoc bñ est attẽdendũ. plures enim hic decipiunt. Ex his ergo iã ponamus practicã de singulis pctis mortalib⁹. Et ꝓmo de supbia que tunc est peccatũ mortale ꝑm p͞mam regulã quãdo qs subtrahit se a subiectione ꝛ obediẽtia diuina. et totam vitã suam ordinat ad laudẽ humanã ꝛ ad vanã gloriã. Talis enĩ ex quo nõ curat hoc facere ad laudẽ dei: sed poti⁹ humanã videtur hoĩes plus diligere q̃ deũ. quia illis plus vult cõplacere q̃ deo. Similiter est mortale per regulam secundã cum quis pro sua supbia facienda faciat extorquere paupes ꝓximos ꝓ suis tunicis põposę faciẽdis. Simlr̃ cũ quis non curat scãdalizare proximos.

Aug⁹.

Superbia qñ ẽ peccatũ mortale.

sicut sunt mulieres ornantes se q̄ prebēt occasionē vidētib⁹ ad concupiscendū eas. Vel cū quis presumptuose trāsgredit̄ p̄cepta dei. vel p̄cepta legis nature. vt faciēs alteri qđ sibi displicet:tūc est mortale per tertiā regulā. Qñ vero qs appeteret humanā laudē vł vanā gloriā alijs modis:tunc est veniale.

Auaritia qñ ē peccatū mortale. Item auaricia est mortale peccatū p secundā regulā quādo aliquis appetit diuitias hñe nō curā do an per fraudē:mēdacia vsuras periuria:p ludos illicitos:vel emptiones:vel venditiōes exercēs illicitas:vel detinēdo debita alioꝝ: vel mercedē seruorū suorum peccat mortaliter. Similiter p primā regulā est petm̄ mortale si nimis magna spes in eis cōstituitur. Est etiam per tertiā regulam peccatū mortale quādo p eis acquirendis negligūtur p̄cepta salutis. vt forisando die dñico vel festiuo. Itē p quartā regulam fit petm̄ mortale. quādo dubitat̄ de cōtractu an sit licit⁹:ꝛ tamē exercet̄. Quādo vero appetunt̄ diuitie plus q̄ sunt necesse:sed tamē nollet eas acqrere malo ꝛ iiusto modo veniale est peccatū

Aug⁹. scđm Aug.i lib. de purgatorio. vel qñ nollet offendere deū: nec in eis confidere/ tunc etiā est veniale ꝛc.

Gula qñ est petm̄ mortale. Itē gula est peccatū mortale p primā regulā quādo qs tantā delectationē in comessatiōe vł potatiōe hȝ q̄ ppter ipsam nō curat deū offendere aut missas negligere vel ieiunia frangere. Itē qñ hō grauat se potu intantū q̄ vsum rōnis amittat/ obliuiscens vbi sit et reddit̄ vt bestia:vel cū aliū studiose inebriat. ꝛ hoc est petm̄ mortale per secūdam regulam. Et hoc est verū si scit fortitudinē potus q: si nescit et bibit excessiue cā cessiōis vel collatiōis amicoꝝ ꝛ socioꝝ est veniale. Itē p quartam regulā est mortale.si qs cōtra cōscientiā sibi dictantē:q: talem potū bibere immoderate ē destructio capit;:vel q: hoc ē petm̄ tali die:vel q: inde scādalū orit̄ ē petm̄ mortale Hoc attēdat pbr̄ visitans tabernas:ex cui⁹ visitatiōe scādalizant̄ laici. si talis peccat mortal'r iudicet seipȝ Si aūt qs comedit vł bibit ex delectatiōe vel vltra mēsurā:vel preciosos cibos sumit:sȝ tñ nollet ipe sibi p hoc ordinare aliqđ iped:mētū saturatis vel salut;: lȝ ei eueniat dolor capitis vel infirmitat; al'as est veniale.

Ira qñ ē peccatū mortale Itē ira quādo pcedit vsq; ad odiū pximi:ita q̄ vult notabiliter nocere proximo in rebus corpore vel honore .est mortale p secūdam regulam. Si autē ex cōmotione subita vult malū pximo nō bene deliberat⁹.qđ tamen deliberatus nō faceret non est mortale.

Inuidia quādo ē mortale peccatū. Item iuidia que est tristitia de bono pximi.si pcedit ex odio psonali est peccatū mortale per secundam regulam:vel si gaudet de malo pximi ꝛ tristatur de ipsius bono:ꝛ tamen ex hoc nullā habet vtilitatem sp est mortale. Sed si ideo gaudet de malo ne sit ei nociuus: puta gaudet de sui inimici depressione vt p hoc sit sibi ad nocendum minus potēs hoc nō est petm̄ mortale. Similit̄ detrahēs ꝛ infamās ex iuidia est mortale.

Luxuria qñ est peccatū mortale. Itē luxuria que est ōis coitus extra thorū matrimonialē semp est petm̄ mortale Similiter cōcupiscētia cum delectatione morosa: vel consensus in talem actū. Et omnis act⁹ turpis in locis ipudicis vt oscula ꝛ alia q̄ verecūdaretur hō facere corā hominib⁹ sunt petā mortalia. Similiter dicendū est de amicitia ꝛ fauore viri et mulier;.qdā dicūt q̄ ē mortale petm̄ eo mō videlicet dū vn⁹ vult cōplacere alteri in actib⁹ p̄sc̄ptis.s.osculis motib⁹ ꝛ tactib⁹ inordinatis dans sibi ptātem in se exercēdi:vel hñs animū paratum

ad hoc dum alter nollet exercere. Et tales stātes in tali periculo vel ꝓposito nō sunt in via salutis. Itē accidia est rediū de diuinis rebus et de rebus sp̄ualib⁹: vel tarditas et pigritia ad audiendū de deo et faciendū ea q̄ ad deū spectant: et est mortale. Vn̄ p3 ꝙ distractio cogitatio vl' occupatio exterior infra diuinū officiū est peccatū accidie. Et si ē studiosa applicatio ad talia impertinētia: ita ꝙ nō curet homo a se repellere hm̄oi cogitationes et dimittere occupatiōes est mortale pctm̄. Et nota circa p̄dicta ꝙ aliud est mortale: aliud venia le/ et aliud criminale. vn̄ inter mortalia et crimīalia est differentia sicut inter genus ꝛ speciē: nā oē criminale est mortale sed nō econuerso. multa eni mortalia sunt q̄ non sunt criminalia. i. capitalia q̄ non inducūt decapitationē siue depositionē vel exiliū vel itrusionē carceris. licet quoddāmodo oē pctm̄ vocet crimen. di. xxv. vnū orariū. §. criminis appellatio. Primū peccatum criminale est peccatū heresis: vt errare in fide trinitatis. xxiij q. ij. primum. Secundū est incest⁹ vt habetur. xxxij. q. vij. ca. adulteriū. ꝛ. c. flagitia. Tertiū ē homicidiū. l. dist. placuit. Quartū crimē lese maiestatis. vj. q. j. si qs. iij. q. v. accusatoribus. Quintū crimē sacrilegij. ij. q. j. in primis requirendū est. xvij. q. iiij. si quis in atrio. et c. frater. Sextū incestus. iij. q. iiij. consanguineoꝝ. xxxv. q. iij. de incestis. et eadē. q. viij. hec salubriter. Septimū conspiratio. xj. q. j. conspirationū. et. c. si quis clericoꝝ. Octauū adulteriū. xxij. q. vij. qd in oib⁹. et eadē causa. q. iiij. Nonū falsum testimoniū. xxij. q. iiij. non peierabis. vj. q. j. q̄cunq̄. Decimū est crimē symonie/ respectu cuius oia criminia pro nihilo reputātur vt de symonia. sicut symoniaca. j. q. vij. c. vlti. Undecimū est vsura. iiij. q. iij. plerīq̄. Alia aūt pctā nō vocātur criminalia: q2 nō sunt capitalia: lic3 mortalia sint. sunt eni dispēsabilia sine decoloratione status ecclesie. j. q. xij. dispensatores et. c. ꝛ si illa. s̄m Archi. xxv. di. audire. Itē pctā mortalia sunt oīa ꝯtra decē precepta cōmissa: q̄ enumerat aplus. ad Roꝫ. j. vt idolatria/ auaricia/ inuidia/ ꝯtentio/ dolus/ susurratio/ detractio/ ꝯtumelia/ supbia/ elatio/ inuentio maloꝝ/ inobediētia. Nā qui talia agūt/ digni sunt morte. Item ad Gala. v. enumerat alia dicens. Manifesta sunt opa carnis: q̄ sunt fornicatio. im̄udicia/ ipudicitia/ luxuria/ auaricia/ veneficia/ inimicitia/ cōtētiones/ emulationes/ rixe/ dissentiones/ secte inuidie/ homicidia/ ebrietates/ comessatiōes. Et sequitur. Qui talia agūt regnū dei nō ꝯsequētur. Ad ista aūt reducunt' oia alia mortalia. S3 pctā vēialia enumerat Aug. xxv. di. q̄ıs. vt cū aliquis plus accipit in cibo vel potu q̄ sit necesse. pl⁹ loquit' q̄ oportet pl⁹ placet q̄ expedit. q̄tiens pauperē importune petētē exasperat vel si sanus alijs ieiunātibus prādere voluit. Aut somno dedit⁹ tardius ad eccl'iam surgit: aut vxorē excepto desiderio filioꝝ cognoscit quod tn̄ sepe est mortale. quotiens incarceratos tardius req̄sierit vel firmos non visitauerit. Si discordes nō ꝯcordare curauit. Si plus filiū vxorē vel seruū exasperauerit seu increpauerit aut correxerit. Si fuerit plus blandit⁹. i. adulat⁹ alicui q̄ expedit. Si pauperib⁹ esurientib⁹ nimis delicatū cibū preparauit. Si in eccl'ia aut extra ecclesiā iocosis vel fabulosis vl' ociosis verbis institerit. Si alıqd iurat incaute qd postea iplere nō potest. Vel cū ex facilitate vel temeritate maledicit. Hec oia ꝓ tanto

Accidia qn̄ ē peccatum mortale.

Pctm̄ mortale ꝛ criale quō differunt.

Peccata crialia inducunt decapitationē ꝺpositionū.

Pctā venialia q̄ sunt s̄m August.

diutius ꝑtraximus putātes multum eē vtile circa hoc sacrm̄ pnie cognoscere pticulariter: et ad oculum illa sine quoꝝ cognitione non bene pōt expediri istud sacrm̄.

De sacramento extreme vnctionis.

Thema.

Infirmatur quis ex vobis inducat pbr̄os ecclesie vt orēt sup eum vngētes eū oleo i noie dn̄i. Jaco. v. c. Quia vt dicit glo. de appel. c. qua frōte. homo ꝑpter pctm̄ citi⁹ mori p̄sumitur. xj. q. iij. epi. et. xij. q. j. ca. ij. et. xxiij. q. iiij. ea vidicta. et glo. ordi. sup ṽbo thematis dicit ꝙ multi ꝑpter pctā plectūtur morte corporis. Hic est ꝙ saluator ꝓuidēs de remedio ꝯtra pctā hoīm sanoꝝ vt de pnia: ꝓuidere etiā est dignatus de remedijs cōtra pctā hoīm infirmoꝝ vt de extrema vnctione: ꝑ quā qdē pctā venialia dimittūt̄ et etiā infirmitas corpor̄ interdū alleuiat̄. vn̄ seqtur i themate. Et orō fidei saluabit infirmū / et alleuiabit eū dn̄s. Glo. interlin̄. i. si eū cōtigerit mori sic dimittentur. Et hoc bene expressum est i aplīs. de quib⁹ dr̄ Mar. vj. ꝙ vngebāt oleo multos infirmos ⁊ sanabātur: qd̄ vtiqꝫ fit ṽtute hui⁹ sacri / et nō alia simplici vnctiōe. Nam apl̄i tūc vngentes cōferebāt hoc sacrm̄ a xp̄o eis p̄ceptū. Vn̄ dicit de lyra super Mar. vbi. s. ꝙ ex eo ꝙ apl̄i sic vngebant patet ꝙ vnctio extrema q̄ est infirmoꝝ fuit instituta a xp̄o. Et est ꝯtra multos dicētes ꝙ Jacobus apl̄us i ṽbis p̄missis eā instituisset / qd̄ est falsum: cū nullus apl̄s aliqd̄ sacrm̄ instituere potuit sꝫ bene publicare potuit institutū. Et hoc fecit Jacob⁹ in ṽbis p̄missis nr̄i thematis: dicēs. Infirmatur qs ex vobis ⁊c̄. Unde dicit Tho. in. iiij. dist. xxiij. q. j. artic. iij.

Hō citi⁹ mori p̄sumit̄ ꝑpt̄ peccata.

Extrēa vnctio pctā venialia delet.

Sacrm̄ vnctiōis qs instituit.

ꝙ oīa sacrā xp̄s instituit per se: sed que sunt difficiliora ad credendū illa ꝑ se ꝓmulgauit: alia aūt seruauit apl̄is ꝓmulganda: sicut extremam vnctionem / et cōfirmationē. Unde ꝑ ista ṽba thematis nostri a Jacobo fuit istud sacrm̄ ꝓmulgatum ⁊ non institutū. Diffinitur aūt extrēa vnctio sic ẜm Scotum vbi supra. Est vnctio infirmi hoīs facta i partib⁹ determinatis corporis cū oleo cōsecrato ab epō ministrata a sacerdote certa verba cū intētione debita ꝓferēte ex institutione diuina efficaciter significās curationē venialiū. Ex qua diffōne satis patet euidēter a quo debeat istud sacrm̄ cōferri: ex qua materia / et sub qua forma. de qb⁹ per ordinē est vidēdū. Et p̄mo sciēdū est ꝙ materia hui⁹ sacri est oleum oliue ab epō consecratum. Et non est oleum balsami / sicut in cōfirmatiōe. Cui⁹ ratio est: qꝛ qui habet exire de via non opꝫ ꝙ habeat odorē bone fame que ꝑ balsamum designat̄: sed sufficit ip̄m habere bonā cōsciētiam. Nec pōt aliquis hoc sacrm̄ cōferre nisi sacerdos: et si alius confert nihil facit. Unde in diffinitione dr̄ a sacerdote ministrata. Scd̄o sciēdū est de forma hui⁹ sacramēti: que est septuplex ad septem vnctiōes p̄cipales. Circa quod sciēdum ꝙ in quibusdam ecclesijs dr̄ hec forma in collatione hui⁹ sacri. Ungo oculos tuos oleo sacrificato In noie patris ⁊ filij et spi. s. Sil'r vngo nares ⁊c̄. et cōsequēter labia / manus et pedes. Sed in rei veritate ista verba non sunt vera forma huius sacramēti: sed bene sunt dispositio ad formam. Forma aūt hui⁹ sacri vera est hec. Per istam sacrā vnctionem ⁊ per istā sacratissimā benedictionē indulgeat tibi dn̄s quicquid deliquisti per visum. Sil'r resumēdo sup aures: nares: labia: ma-

Unctionis extreme diffinitio ẜm Scotū.

Unctionis extreme materia.

Unctionis extreme forma.

nus ꝛ pedes. Licet aūt i hoc sacro
fiāt multe vnctiones: vltima tñ vn
ctio scꝫ in pedibus est forma respe
ctu oīm precedētium: et agit i vir=
tute oīm. Et ideo in vltima gr̃a in=
fūditur. que effectū sacr̃i prebet.
Unde fm Tho. in. iiij. disti. xxiij.
Si iam alique ptes essent inūcte/
et presbyter deficeret sicut contin
git in pestilētia: qḋ factum est non
debet iterari: sed vnctiōes que re=
stāt p aliū sacerdotē debēt cōple=
ri. Sunt ḡ pbr̃i cauti vt de cetero
corrigant libros suos ꝛ agēdas in
quib⁹ cōiter habēt formā sacr̃i hu
ius p illa ṽba. Ungo oculos tuos
vel nares tuas ꝛc̃. Istud eñ sacra
mētum cōfert per modū suffragij
fm Tho. et ideo daṫ per solā ora=
tionem: et per ṽba optatiui modi.
Uñ dicit Jacob⁹ in ṽbis thema=
tis. Inducāt pbr̃os vt orent p eo.
Illa ṽo ṽba Ungo ocl'os tuos ꝛc̃.
non sunt de substātia sacr̃i / sed de
bene esse fm Pet. de tharan. dist.
xviij. et Tho. in. iiij. q. iij. arti. ij.

Unctio extrema qb⁹ cōferēda est.

¶ Quibus aūt cōferēdū sit hoc
sacramētū? Rñdeo q solū est dan
dum infirmis / et nūq̃ sanis: nihil
eñ efficit in eis. Et hoc ptꝫ ex dif=
finitione prius data: in qua diciṫ
q hoc sacr̃m est infirmi hoīs. Nec
debet dari infirmis istud sacramē
tum ex periculo exterioris violen=
tie: puta armoꝝ vel submersionis
fm doctorē subtilēin. iiij. di. xxiij.
Et ex hoc soluo vnum dubiū: de
quo cū audirem sniaꝝ libros dubi
tabaṫ a lectorib⁹ et a formatꝭ bac
chalarijs sacre theologie an va=
leat vulneratis vel submergendis
hoc sacramētum. Ptꝫ eñ q non.
Dic eñ pbabiliter q si q̃s est vul=
neratus: et ex vulnerib⁹ inflictis
incidit in infirmitatē lōgā ex qua
desperaṫ de vita sua: puto q ei fit
dādum. sed al's recēter vulnerato
iam decedēti nō est dādum. Sil'r
suspēdēdo vel submergēdo nō est

Sacr̃m hoc an subito vulneratis vl' submergēdꝭ dādū est

dandum: q2 illi non dicūtur infir=
mi: nec moriūtur ex defectu natu
re / sed ex euētu fortune fm Pet.
Item non debet dari pueris / fu=
riosis ꝛ amētib⁹: qui prius non pe
tierūt hoc sacramētum. Si q̃s tñ
senio deficeret subito in articulo
mortis pōt ei dari hoc sacramen=
tum. Sed tamen adultis vsum ra
tionis habētib⁹ non datur nisi pe=
tāt specialiter. Sed tñ qui in vita
sua habuit bonum ppositum oīa
sacramēta suscipiēdi sibi necessa=
ria vel vtilia: etiam si amitteret lo=
quelam vngatur in noīe xp̃i. Non
debet etiā quis inūgi sepius in ea
dem infirmitate / nisi eadem infir=
mitas vltra annum protrahatur:
ita q vno anno in eadem infirmita
te null⁹ bis inūgatur: ne sacramen
tum istḋ vilescat. Iteratur tñ hoc
sacramētum in diuersis infirmita
tibus: vel in eadem recidiua: quia
non habet effectum perpetuum:
eo q sanitas corporis ꝛ mētis que
sunt eius effect⁹ reiterari possunt
et amitti ꝛ recuperari. Debet aūt
fieri vnctio sup organis quinq̃ sen=
suum: que sunt quasi prime radi=
ces peccādi. Unde oculi vnguṅ
ppter visum quo peccamus. Au=
res ppter auditum: nares ppter
odoratum: labia ppter gustū: ma=
nus ppter tactū: pedes ṽo ppter
vim motiuam: qḋ non est de neces=
sitate. Cor aūt non vngatur: q2 est
principium immediatum vite ꝛ re
motum actionis. nec genitalia p=
pter immūdiciam ꝛ reuerentiā sa
cramēti. nec lingua ppter aboia=
tionem. Item fm Tho. mutilati
inūgi debēt quāto ppinqui⁹ pos=
sunt circa partes que inūgi debue
rāt: q2 q̃uis non habēt mēbra / tñ
habēt potentias que illis mēbris
debentur saltem in radice: et ideo
interi⁹ peccare possunt per ea que
ad eos pertinēt. Et effectus extre
me vnctiōis fm Tho. est quedam

Sacr̃m extreme vnctiōis pueris / furiosis et amētibus non est conferēdum.

Sacr̃m extreme vnctiōis an iteratur.

Unctionis extreme effectus fm Thomā sūt duo.

sanatio spūalis que datur contra quādam debilitatem vel ineptitudinem q̄ in nobis relinquit̄ ex peccato actuali vel originali: contra quā debilitatē homo roborat̄ per hoc sacr̄m. Et quia hoc robur seu fortitudo grām facit/secū non patitur peccatū: ideo ex cōsequēti si inuenit peccatū aliqđ veniale vel mortale oblitū quo ad culpā tollit dūmodo non ponat̄ obex ex parte recipientis. Secūdarius aūt effectus eius est corporalis sanitas.

¶ Sed di. quare non semꝑ homo infirm⁹ vnctus surgit de infirmitate: sed sepi⁹ morit̄. R̄ndeo q͏ cum in isto sacr̄o sanitas est effectus secūdarius: et ideo non dat̄ nisi ꝑm q͏ expedit ad sanitatem spūalem: q2 tūc semper eā inducit dūmodo non sit impedimētū ex p̄te recipiētis. Vñ p̄tȝ q͏ vnctus in extremis si non surgit ab infirmitate illa per illā vnctionem signū est q͏ sanitas corporalis est sibi nociua/et vult de⁹ potius eū sic habere infirmū q̄ sanū. vel signū est q͏ infirm⁹ non bene disposit⁹ est in consciētia: ita q͏ adhuc aliq͏d habet qđ impedit ne sanitas corporalis sibi restituatur: al's raro fallit. In hoc em̄ sacramēto vnctio exterior est sacr̄m sed res sacr̄i est sanitas corporis et aie. Res aūt et sacr̄m est vnctio spūalis interior. i. mētis iocunditas vel solatiū. Pōt aūt hoc sacramētum sacerdos conferre cū vno clerico q̄ sibi r̄ndeat ad orationes et ad psalmos q̄ ibi dicūtur. Si tñ caret clerico/pōt sol⁹ expedire totum ꝑm Guilhelmum et Hostiē. Si aūt vngitur sacerdos non est opus clerico q̄ respōdeat ad psalmos ⁊ ad orones: sed ipemet respōdeat sol⁹ dicēs cum dr̄ in letania. Sācta maria: ora p̄ me. Scte petre: ora p̄ me. ⁊c. Sil'r cū dicitur. A morte ꝑpetua. respōdeat: libera nos dñe. Nec vngātur sacerdoti manus in palmis interioribus: q2 ibi vncte sunt per ep̄m in ordinibus: sed exteri⁹ vngātur i supficie. De hoc tamen non est magna vis qualitercūq3 faciat: sed tamen illud securius est et tutius.

¶ Practica hui⁹ sacr̄i est facilis. Nam p̄mittit sacerdos p̄rimo veniēs in domū infirmi septem psalmos penitentiales cū letania. Demum q̄rat ab infirmo si postulat sacrā vnctionem. Tertio dicit orationes positas i libello ad hoc congruas. Quarto vngit eum forma supradicta. Quinto tergit cū stupa canapi vel lini loca vncta ⁊ ꝓijcit i ignē. Sexto lauat man⁹ sale et aqua: et sil'r ꝓijcit ad ignem. Septimo alligat loca illa mundo pāniculo vsq3 ad tertiā diem: que tertia die cōburent̄. Octauo relinquit signū passiōis xp̄i: in cui⁹ virtute istud sacr̄m sicut ⁊ alia habet virtutem sanatiuā aīe ⁊ corporis. Unctionis extreme modus.

¶ De sacramēto ordīs.

Regale sacerdotium: gens sancta: populus acq̄sitionis. j. Pet. ij. Et si xp̄s descēdēs de celo ad terras humanum gen⁹ non solū a seruitute diabolica redemit/et libertati ac dignitati restituit. iuxta illud. Non sum⁹ em̄ filij ancille/sȝ libere: qua libertate liberauit nos christ⁹. Ad Gal. iij. et Joh. viij. Si fili⁹ vos liberauerit vere liberati eritis. multo tñ meliori modo statū sacerdotalē i illa libertate extulit ⁊ dignificauit: ita vt non solū ip̄i sacerdotes sint liberi modo cōi vt ceteri hoies i cōione vni⁹ fidei et pticipatione sacroꝝ/sed etiā q͏ sint q̄si duces/p̄sides ⁊ reges: dispēsatores ⁊ rectores diuinoꝝ mysterioꝝ. vñ dicunt̄ sacerdotes q̄si sacri duces vel sacra dantes: vel sacra sacrificantes seu consecrantes: qđ vtiq3

maximũ est ⁊ excedẽs cõem statũ fideliũ. Vñ merito Petrꝰ nesciẽs eos cõparare alijs ꝙ excellentissimis personis in cõgregatione fidelium: scʒ regibꝰ dicit. Regale sacerdotium. Ne ꝙ sacerdotes putarẽtur esse tm̄ nobiliores vt reges: additur: gẽs sancta: scʒ spãliter sctĩficata dño iesu xp̄o: ⁊ ne leuis reputationis in sctĩtate estimarẽtur vt ceteri: subiũxit. populꝰ acquisitionis. i. spãliter acquisitꝰ et deo appropriatꝰ. Non eĩm sacerdotes solum sunt popl's dei ⁊ oues pascue eius iure creationis vt oẽs hoies: nec redẽptiõis solũ vt oẽs xp̄iani: sed iure specialissimo et peculiari: quo vocauit eos vt virtutes eius nũciẽt. vt dr̄. j. Pet. ij. Quibꝰ non supra hoies solũ ſʒ sup seip̄m quodãmodo dedit potestatẽ: dãdo videlicet eis potestatem consecrãdi et conficiendi corpus suum ⁊ sanguinem. vt dicitur Matth. xxvj.

De dignitate sacerdotali.

¶ Circa igr̄ sacr̄m ordinis sacerdotalis vidẽdum est primo de substãtialibus. scd̄o de accidẽtalibꝰ. tertio de cautelis. Quãtũ ad primum sciẽdum ꝙ ordo sic diffinit̄ p magistrũ sñiarum. lib. iiij. di. xxiiij. est signaculũ quoddã eccl'ie p qđ spũalis potestas tradit̄ ordinato. Ita etiã diffinit Hugo de sctõ victore. Ordo aũt sacerdotalis ƒm doctorẽ sic diffinit̄ i specie. Ordo est institutio i gradu eccl'ie simpliciter preeminẽte: disponẽs habentem ad cõficiẽdum eucharistie sacramẽtũ facta ab ep̄o p certa ṽba cũ intẽtione debita ꝓferẽte. Et in ipsa ordinatiõe quoddã est sacr̄m tãtũ vt ptãs q̄ tradit̄: quoddã res tm̄ vt grã que cõfert̄: quoddã res et sacr̄m / vt caracter q̄ imprimit̄ i singulis ordinibꝰ vt stati patebit.

Ordis sacri diffinitio.

¶ Sũt aũt sex de substãtia huiꝰ sacri. Primum est ptãs ordinãtis q₂ opʒ vt sit ep̄s. Scd̄m est materia scʒ vnctio in sacerdotibꝰ: et tactus illorum q̄ sunt tangẽda. Tertiũ est forma ṽborum. Quartũ est sexꝰ virilis: q₂ femina ordinari nõ põt: nec recipit caracterem ordinis si millesies ordinaret̄. Cuiꝰ ratio est ƒm Tho. q₂ cũ i sacerdotio debeat significari eminẽtia gradꝰ: et femina tenet statum subiectionis: ideo non est apta ad suscipiẽdũ hoc sacramẽtũ. Quintũ est intẽtio debita vt ep̄s intẽdat cõferre ⁊ clericꝰ suscipere. Sextũ est ꝙ ordinandꝰ sit priꝰ baptizatꝰ: al's non susciperet hoc sacr̄m: q₂ fundamẽtũ oĩm sacrorum et ianua est baptismꝰ. Ubi aũt fundamẽtũ deest / nihil desup edificari põt. de pb̄ro non baptizato. c. miserãte. ⁊. c. veniens. Caracter aũt cõfirmationis non precipitur de necessitate / ſʒ de cõgruo.

Ordis sacri sex hʒ nc̄ia.

